Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169933-p0001-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169933-p0002-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169933-p0003-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169933-p0004-7
DFG

1704.

1. Boehmer, Justus Christophorus: De consiliis principum e status ratione iniustis

2. Engelbrecht, Georgius: Programma de conjungendo juris civilis Romani et Germanici studio disputationibus 18 in pandectas ... habendis praemissum.

3. Engelbrecht, Joh. Wilhelm: De justo naturali ludorum in pecuniam.

4. Hombergius, Andreas: De literis moratoriis.

5. Videburgius, Christophorus Tobias: Oratio de erudita pietate studiorum academicorum fine

1705

1. Eisenhart, Johan: Jus patrimonii dividui et individui.

1a Engelbrecht, Georgius: Programma de genuinis decisionum juris fontibus in foris Germaniae disp. XVIII in pand. publ. habendis praemissum.

2 a, b, c, d. Engelbrecht, Georgius: De judiciis metallicis - - -
4 Exempl. 1705, 1740 u. 1751.

3. Engelbrecht, Joh. Wilh.: Oratio de juris naturae et gentium magno civilis jurisprudentiae praesidio.

4. Engelbrecht, Joh. Wilhelmus: De militantium officio in expeditionibus bellicis

5. Koch, Corn. Diet.: De impietate magno sapientiae impedimento.

6 a, b, c. Werlhofius, Johann.: De examine testium extraordinario cum primis ad instruendam probationem futuram 3 Exempl. 1705, 1725 u. 1745

7. Werlhofius, Johannes: Juris, maxime, quo in foro Germani utimur, enucleati et in succinctas theses memoriales digesti, Specimen I.: De ~~jure~~ jure Germanis patrio

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169933-p0007-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169933-p0008-0

# JURIS,

maxime quo in foro Germani utimur,

# ENUCLEATI,

ET IN SUCCINCTAS THESES MEMORIALES DIGESTI,

*Specimen Primum*

## DE JURE GERMANIS PATRIO,

univerſe tali,

QUOD

PRÆSIDE

## JOHANNE WERLHOFIO,

JCto & in Acad. Julia Juris Canon. ac Feudal. P.P. Ordinario,

*publicæ disquiſitioni ſubjicit*

LUDOLPHUS DIETERICUS HUGO,

die 1. Julii MDCCV.

*HELMSTADI,*

Typis GEORG. WOLFGANGI HAMMI, Acad. Typogr.

1705, 7

18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169933-p0009-9

# PROOEMIORUM
## CAPUT I.
# De Jure Germanis Patrio
## ſeu
# Domeſtico,
## Univerſe tali.
### THESIS I.

JUs, *quo* hodie *Germani utimur*, ſeu privatos inter, ſeu nobilior, in ſupremis maxime Imperii Tribunalibus, cauſa decidenda ſit, *partim* Patrium, *partim* aliunde adſcitum eſt.

II. **Patriorum Jurium** (*a*) *alia* eorum, qui communi Imperii Reip. præſunt, *aut* legum latione publica, aut tacita (*b*) comprobatione ſal-



(*a*) *add.* Struv. *in* Syntagm. Juriſpr. *exerc.* 2. §. 32. *junct.* Conring. *ad* Lampad. *p.* 5. §. Obſervandum.

(*b*) *genuinum hæc conſuetudinis fundamentum*, Grot. *de* J.B. & P. *l.* 2. *c.* 4. §. 5. *n.* 2. *Conf.* Novel. Leon. *proœm. verſ.* Denique quoniam. *nec a Rom. Juris principiis, in* L. 32. §. 1. D. *de* Legib. *rem popularius paulo exponentis, alienum. Conf.* Huber. *n.* 2. D. *de Legib.*

tem, conſiſtunt; quæ per totum Imperium vim ſuam diffundunt, & univerſe, in quantum iis præſcripta, vel ad eos pertinent, omnibus in illo degentibus normam præbent: (*c*) *alia*, in ſuis quæque provinciis & locis, conſtituta ab iis, penes quos in ſingulis illis hæc poteſtas eſt, vel ſimiliter, invaleſcente uſu, comprobata obtinent.

(*c*) *nec enim omnes Imperii ſubditos quælibet lex aut conſuetudo Imperii contingit, & in certum etiam perſonarum genus concepti Receſſus Imperii exſtant; quos propterea tamen* univerſales *nihilominus recte appellari*, Mauritius §. *6.* Diſſert. *de* Receſſ. Imp. *verſ.* Univerſales autem, *adpoſite annotat, quoniam ejus ordinis ſaltem univerſis pro norma ſint.*

III. Intelligi autem ſub utroque genere & *Privilegia* volumus (*a*), utpote quæ ſigillatim indulta pari hactenus efficacia gaudent (*b*).

(*a*) *Comprehendi ſub poteſtate Legislatoria generatim ſpectata etiam* Privilegia *ex Civilis doctrinæ principiis conſtat*, Bœcler. *l. 2.* Inſtit. Polit. *c. 3. p. 128. & ſeqq. & Rom. quoque jus ſuggerit*, §. *6.* Inſtit. *de* Juſt. & Jur. L. *1.* §. *2.* D. *de* conſtit. Princ.

(*b*) Huberus *n. 11.* D. *de* Leg. *Legis definitionem explicans*: Privilegia excluduntur verbis, *Commune præceptum*, etſi nec Leges ſuo ſenſu vocari non poſſint.

IV. *Legum*, inter domeſticas, univerſalium (*a*) indubitato robore, rite (*b*) *in Imperii Comitiis decreta*, pollent (*c*); quæ, in compagem ſuam collecta (*d*), vulgato vocabulo Receſſus Imperii

(*e*),

(*e*), Germanice Reichs-Abſchiede/ Reichs-tags-Abſchiede / nec non (*f*) *Conſtitutiones Imperii*, Reichs-Satzungen / Reichs-Ordnungen/ Reichs-tags-Ordnungen appellantur.

(*a*) *vid. quæ notavi ad §. præced. 2. ſub.* C.

(*b*) *Conſilium Electorum Imperii, Principumque & cæterorum Ordinum his adhibendum, jam* Caroli V. Capitulatio *art. 2. Cæſari injunxit. In* Capitulationibus Leopoldi & (*cui fauſtum acglorioſum, quod cum ſpe Germaniæ maxima nuperrime auſpicatus, tamque nobis Germanis omnibus, quam toti Chriſtiano Orbi, proſperum ac ſalutare regimen, ardentibus votis, exoptamus*) *Cæſaris nunc Auguſti, JOSEPHI* art. *2. vox* conſenſionis *addita, ibi*: mit Raht und conſens Unſer und des H. Reichs Churfürſten/ Fürſten und anderer Ständen. *&*, niſi de Comitiali, liberoque omnium Imperii Statuum ſuffragio & conſenſu, *ut leges non ferantur*, Inſtrumento Pacis Weſtfalicæ *art. 8. §. 2.* Gaudeant, *notabiliter cautum. Vidit ætas ſuperior graviſſimas concertationes ſuper firmitate §. 18.* Und nachdem bey Vergleichung / *quam ſolis Romano-Catholicis Eccleſiaſtica beneficia reſervantem, Paci Religionis Auguſtanæ ſeu* Receſſui Imperii A. *1555. Rex Ferdinandus, collatæ ſibi a fratre Cæſare, Carolo V. poteſtatis prætextu, Proteſtantibus obluctantibus & invitis, at Legatis tamen eorum, quod mireris, ſine exceptione Receſſui poſtea ſubſcribentibus, inſeruerat. Qua de re, præter* Petri Heigii *ap.* Klock. *tom. 1.* conſilium *51.* (*n. 256. & ſeqq.*) *erudita inprimis ex parte Proteſtantium diſſertatio ſub nomine* Scipionis Aretini (*verus auctor* Jacobus Lampadius *eſt*) *an. 1633. publicata exſtat; ſub titulo*: Gründliche Deduction, wie es mit dem Käyſerl. Religions-

Edict und der Geiſtlichen vermeinentliche Vorbehalt/ eigentlich bewand/ und was dieſelbe beyderſeits vor Krafft und Würckung haben. *In partem alteram maxime auctor* libri de Autonomia, von Freyſtellung mehrerley Religion, *qui* Franciſci Burchardi, *Cancellarii Colonienſis, nomen præfert, & ſcriptor, ſcriptoresve* Compoſitionis Pacis *Dillingæ, an. 1629. edita pugnaverunt. Pluraque legere hic volenti* Lehmannus *in* actis de pace Religionis, Obrechti *Diſſert. 10.* de Reſervato Eccleſiaſtico, Limnæus *L. 1.* Jur. Publ. *c. 13.* Pfannerus *in* Hiſtor. Pac. Weſtfal. L. 2. c. 70. Schilterus *cap. 4.* de Pace Religioſa, *& alii abunde ſuggerent.* Inſtrumentum Pacis Weſtfalicæ *controverſiam hanc ſopivit*, art. 5. §. 15. Si igitur Catholicus. *& in futurum juri Ordinum ac ſuffragio Comitiali, in* paragrapho, *ut modo memini*, 2. Gaudeant, *inſigniter proſpiciens, etiam iſta cæteris verba addidit*, nihil horum aut quidquam ſimile poſthac unquam fiat vel admittatur. *add.* Id. inſtr. Pac. *art. 5. §. 52.* In cauſis religionis. *& conf.* Maurit. *de* Receſſ. Imp. *§. 20. Univerſe, haud impugnanda temere vel evertenda* præſumptio *ſtat, factum rite, quod in Comitiis decretum eſt. Atque in iis etiam, qui Caroli V. tempora antecedunt, Receſſibus formulæ de adhibitis Ordinibus occurrunt, ut* in der Ordnung über die Weine zu Freiburg im Brißgau *A. 1497. in præf. ibi:* mit ſamt unſern und des Heil. Reichs Churfürſten/ Fürſten/ Ständen und gemeiner Verſamlung / *& in, multo antiquiori,* Reformatione Friderici III. *Francofurtenſi A. 1442. in præf. ibi:* mit Beyweſen und Raht unſer und des Heil. Reichs Churfürſten/ und Fürſten/ Geiſtlichen und Weltlichen/ Graffen/ Freyen/ Herren/ Ritter/ Knecht und Städt. *ubi obſervatu quoque non indigna*

*in fine* §. *ult.* Und wer der. 14. *occurrit clauſula in verſic.* Doch behalten Wir uns. *connexisque eidem verbis*, daß wir das / als doch für ſich ſelbſt billig iſt. *In* Aurea *Caroli IV.* Bulla, *circa finem principii, ita rei ſolennitas deſcribitur*: In Curia noſtra Nürembergenſi, aſſidentibus nobis omnibus Principibus Electoribus Eccleſiaſticis & Secularibus, ac aliorum Principum, Comitum, Procerum, Nobilium & Civitatum multitudine numeroſa. *nec minus tamen aliqua Bullæ illius Aureæ, Principibus Electoribus ſolis in conſilium adſcitis, conſtituta fuiſſe, oſtendunt verba hæc* cap. *3.* §. *2.* habita deliberatione cum omnibus Principibus Electoribus, tam Eccleſiaſticis, quam Secularibus, & de ipſorum conſilio. *&* cap. *12.* §. *2. præmiſſis hiſce*, in ſolenni Curia noſtra in Nüremberg cum venerabilibus Eccleſiaſticis & illuſtribus Secularibus Principibus Electoribus & multis aliis Principibus & Proceribus per noſtram Celſitudinem celebrata, *mox ſubjuncta, quæ addimus*: habita cum eiſdem Principibus Electoribus deliberatione & de ipſorum conſilio, pro bono & ſalute communi, cum dictis Principibus Electoribus, tam Eccleſiaſticis, quam ſecularibus, duximus ordinandum. *Nota ab antiquo Germanorum libertas & Comitia: ſed non omni tempore eodem modo Imperii Ordines ad condendas leges adſcitos, bene obſervatum* Bœclero *in* Conductore Carolino *p. 4. & uberius, ſi ex Hiſtoria & Diplomatibus id deducere, hujus loci foret, oſtendi poſſet. add.* Datt. *L. 3.* rer. Germ. *c. 11. n. 29. & ſeqq.*

(*c*) *Habes* formulas, *ne antiquiora repetam*, (*in quibus præter alias jam* in der Handhabung des Landfriedens zu Worms / *A. 1495. tit. 10.* Verpflichtung der

der Stånd. in der Ordn. des Regim. zu Augſpurg/ *A. 1500. tit. 47.* Verbindung. *&* in Rec. Imp. Auguſt. *A. 1500. tit. ult. 84.* §. Und hierauff. *2. & ſeq. nobilia rei ſpecimina occurrunt) noviſſimas*, tam qua *ſe ipſum* Cæſar Aug. *obſtringit*, *in* Rec. Imp. *A. 1654.* §. *197. in fine, verſic.* Solches alles und jedes. quam qua Electores, Principes & Imperii Ordines *ſe devinciunt*, *in* eod. Receſſ. §. *199.* Und Wir die Churfürſten. *& ſpeciatim Receſſus noviſſimi obſervantiam poſt Leopoldinam* Joſephina *iterum* Capitulatio *inculcat art. 2. ibi:* Wie auch inſonderheit alles dasjenige / was bey vorigem Reichs-tage zu Regenſpurg verabſchiedet und geſchloſſen worden. De jure in ſummis imperii Dicaſteriis ſecundum eos reddendo *adjungi poſſunt* Ordin. Cam. *p. 1.* tit. *13.* §. *1. ibi:* auff des Reichs Gemeine Recht / Abſchied / *&* tit. *57. ibi:* nach des Reichs Gemeinen Rechten / Abſchieden. Concept verbeß. C. G. O. *P. 1. tit. 19.* §. *1.* Reichs-Hoffr. Ordn. Ferdin. III. *tit. 1.* §. *15. ibi:* Reichs-Abſchied. *item juramentum* der Reichs-Hoffråhte *ap.* Uffenbach. *de* Conſil. Cæſ. Aul. *in* mantiſſa. *& add.* Maurit. *de* Receſſ. Imp. §. *30. & ſeqq. De inſinuatione Cameræ facienda vid.* Deckherr. *tit. 2.* Vindic. Jur. Cam. *n. 9. p. 19. & ſeqq.*

(*d*) *Vid.* Culpiſius *ad* Monzamb. *c. 5.* §. *26. p. 175.* §. Si Ordines, *ubi*, *quid* placitum *ſeu* Conſultum Imperii, Reichs-Gut-achten / *quid* decretum Imperii, Reichs-Schluß / *quid* Receſſus Imperii, Reichs-Abſchied / *diſtincte exponit. add.* Maurit. *de* Receſſ. Imp. §. *23. de conſcriptione*, §. *24. & ſeqq. de ſubſcriptione*, §. *26. de ſubſignatione*, §. *27. de publicatione.* Paratitla Receſſuum Imperii *in gratiam Patrii Juris ſtudioſorum edidit* Anton. Gunther. Fritzius: *quæ Wittebergæ an.*

*an. 1694. novis ſunt excuſa typis.* In Receſſum *A.* 1654. *commentarium habemus* Pauli Gamſii, *in Judicio Cameræ Imperialis antehac Advocati & Procuratoris, parte ea potiſſimum, qua de emendando Proceſſu Camerali agitur, qui nonnullis in locis auctior Francofurti ad Mœnum an. 1703. prodiit.* Hiſtoriam Imperii Receſſuum *maximopere deſideramus, quæ quam nobilem legibus melius ac dexterius intelligendis, interpretandisque, uſum præbere poſſit, ſpecimen in Rom. Jure eximium* Jac. Gothofredi *ad* L. *Quisquis.* Cod. *ad* L. Jul. Majeſt. *oſtendit. Invitavit quondam ad tam præclarum opus* Baro Boineburgius, *Chriſtianus,* Chriſtoph. Forſtnerum, *difficultate illius, & ſubſidiorum penuria, ſe excuſantem; de qua lectu tamen apprime digna,* Hiſtoriam Comitiorum *A. 1652. 53. & 54. egregio exemplo publicans, diſtinctius monuit aliqua in præfat.* Pfannerus.

(*e*) *a receſſu, ut probabile eſt, a deliberatione Comitiali,* weil es der Abſchied / damit die Stände von einander ſcheiden. Lyncker. *diſq. 6.* font. deciſ. illuſtr. *p. 34. De* Receſſibus Secundariis, Neben-Abſchieden/ *qui non æque, ac primarii, ſtatim publicantur, ſed ex cauſa Cancellariæ Moguntinæ adhuc ſervandi traduntur, vid.* Limn. *tom. 1. addit. ad L. 9. c. 1. n. 223. &* Maurit. *de* Receſſ. Imp. *§. 13. Exemplum in Corpore Receſſuum Imperii exſtat* der Neben-Abſchied zu Augſpurg/ A. 1559. *in edit. A. 1692. p. 694.*

(*f*) Maurit. *de* Receſſ. Imp. *§. 6. fere in fine.*

V. Atque eadem, quicquid titulo, & reſpectu fortaſſis alio etiam vere, ab imperii Receſſibus diſtinguantur, aut diſtingui poſſint (*a*), non ſolum *Aureæ Bullæ* (*b*), *Conſtitutionumque Pacis*, tam

*Religioſæ* (*c*), quam *Publicæ* & *Civilis*, ſeu *Profanæ*, (*d*), & *utramque* ſalubriter *exſequentis Ordinationis Circularis* (*e*), & *Inſtrumentorum Pacis Weſtfalicæ* (*f*), fulcrorum utilitatis ac tranquillitatis publicæ inſignium, ſed *Ordinationum* etiam *Regimenti* (*g*), *Cameræ* (*h*), *Politiæ* (*i*), *Monetalis* (*k*), *Criminalis* (*l*), ac ſimilium (*m*), ratio eſt.

(*a*) *utputa ratione modi in iis adhibiti, & materiæ, circa quam verſantur, magis peculiaris. vid.* Lyncker. *de* fontib. deciſ. illuſtr. *p.34. & ſeq. at nobis jam de auctoritate Conſtitutionum illarum in rebus judicandis ſermo eſt. Cujus equidem intuitu, præter Capitulationem Cæſaream, Ordinationem Cameralem & Inſtrumenta Pacis Weſtfalicæ, Ordinationes Imperii cæteræ etiam ipſo Receſſuum imperii nomine deſignari videntur* in der Reichs-Hoffraths-Ordn. Ferdin. III. *tit. 7.* §. Es ſollen auch. *Conf.* Deckherr. *in* Vindic. Jur. Cam. *t. 2. n. 9. p. 18.*

(*b*) Rec. Imp. *A. 1544.* §. So viel das Recht. *92. in fine, ibi*: unabbrüchig der gülden Bull. *Inſtrum.* Pac. Oſnabr. *art. 8.* §. Tam in univerſalibus. *4. in fine. verſ.* De cætero. Capitul. Joſeph. *art. 2. pr. ibi*: Die güldene Bull. *ubi ſimul extenſio de octavo Electoratu addita. & art. 37. ibi*: Güldenen Bull. *& ibi*: Dergleichen auch für uns ſelbſten wider ſolche güldene Bull. *add. quæ not.* §. *praced. 4. ſub* lit. *b. verſ.* In Aurea. *& ſeqq. De exemplaribus Aureæ Bullæ primigeniis Latinis, ac ſpeciatim Palatino, editionibus diverſis & Commentatoribus*, cap. 7. de Bulla Aurea *agit* Henr. Guntherus Thulemarius, *qui ipſe ex autographo Francofurtenſi eam fideliter deſcriptam in lucem edidit. Meminit*

*quo-*

*quoque in* conſignatione Scriptorum Juris Publici *de commentatoribus* Bœclerus, *a quo memorabilem de Aurea Bulla locum* Ant. Poſſevini, *ſcriptoris Itali, non ſine cenſura quadam, allatum, cum aliis de ea monitis, legere potes in* Conductore *Ejus* Carolino *in principio. De auctore, loco, ubi confecta ac promulgata, & de idiomate*, Thulemarius *tractat* cap. *6.*

(*c*) Tranſactionis *A. 1552.* Paſſavii *initæ, eamque* (*Conf.* Maurit. §. *9. verſ.* Tranſactio tamen illa, *de* Receſſ. Imp.) *A. 1555. ſecutæ* Pacis Religionis, (*in* Rec. Imp. *A. 1555.* §. Und als der Churfürſten. *7. & ſeqq.*) *prout ea A. 1566. Auguſtæ Vindelicorum*, (*in* Rec. Imp. *A. 1566.* §. Und nachdem dann. 6.) *& poſt in diverſis Imperii Comitiis univerſalibus* (*vid.* Rec. Imp. *A. 1613.* §. So ſeind wir auch. *4. ibi*: daß ſie den in *A. 1555.* auffgerichten und ſeithero manchmahl zugeſagten und hochbetheuerten Religion-Prophan- und Land-Frieden. *&* Rec. Imp. *A. 1641.* §. Als auch bey noch unverglichener. *15. & ſeq.*) *confirmata fuit*, in omnibus *ſuis Capitulis, niſi quatenus declaratio quædam per Inſtrumentum Pacis Weſtfalicæ*, communi partium placito, *acceſſit.* Inſtrum. Pac. Oſnabr. *art. 5.* §. *1.* Tranſactio. *cui addi omnino debet* art. *7.* §. *1.* Unanimi, *eodem Pacis illius jure ac beneficio etiam* Reformatos *comprehendens.* Capit. Joſeph. *art. 2. verb. ad* lit. *ſeq.* d. *allegatis, paſſimque hoc ipſo & deinde etiam* art. *37.* Reichs-Hoffraths-Ordn. *Ferdin. III. tit. 1.* §. *15.* Und weilen dann. *ibi*: Religion-Frieden. *Quæ ad hiſtoriam tantæ rei egregie illuſtrandam & notitiã ejus interiorem ſpectant, ex quibus maxime fontibus & ſcriptoribus haurire liceat*, Deckherrus *in* Vindic. Jur. Cam. *n. 3. & ſeqq. p. 320. & ſeqq.* & L. *1. Conſ. For.* c. *3. indicat, ipſiq; ſcriptores aliquot ad* §. *4. ſub* lit. *b. facta Reſervati Ec-*

*cleſiaſtici mentione, nominavimus. In quibus* Jo. Schilteri *de* Pace Religioſa *liber ſingularis, additis etiam actis, conſiliis & ſimilibus hoc argumentum illuſtrantibus exornatus, anno demum 1700. Argentorati in lucem prodiit. nec parum plenius rebus cognoſcendis proderit, publicatum A. 1692.* Viti Ludovici a Seckendorf *de* Lutheraniſmo *commentarium addere, in quem* Supplementi *cujusdam inſtar, hoc ipſo anno 1605.* Hiſtorie von der Evangeliſchen Stände Proteſtation wider den Reichs-Abſchied zu Speyer *1529.* Legation an Käyſ. Carln V. und der zu Augſpurg übergebenen Glaubensbekändniß / *a* Joh. Joachimo Müllero *Jenæ editum. Agitur quoque de juſtitia tam neceſſaria, tamque ſalutaris Imperio noſtro Pacis, qua communis tranquillitas, Procerumque civilis inter ſe concordia quam maxime ſuffulcitur, ab eodem, quem laudavi modo, eruditionis eximie excellentis JCto,* Schiltero, *cap. dicti Libri 3. & abunde eam Viri doctiſſimi præclaris ſcriptis demonſtravere. Quos inter, Academiæ noſtræ Juliæ æternum decus, Doctorque olim noſter,* Herman. Conringius, *duobus* de Pace Civili inter Imperii Ordines religione diſſidentes perpetuo conſervanda *libris, Helmeſtadii A. 1677. recuſis prorſus nobilem in re iſta operam collocavit. Validiſſimum præterea obicem improbe hic religioſis & ſub pietatis larva ſaluberrimam ſanctionem impugnantibus poſuerunt, tam ipſum* Inſtrumentum Pacis Weſtfalicæ, Oſnabrügenſe *art. 17.* §. *3.* Monaſterienſe §. *113.* contra hanc Tranſactionem. *quam poſt Ferdinandi IV. ac Leopoldinam,* Capitulatio Joſephi *art. 2. ibi:* zumahlen auch diejenige / *ubi memorabili, veroque elogio,* ein immer wehrendes Band zwiſchen Haupt und Gliedern / *appellatur.*

(*d*) Ca-

(d) Capit. Joſeph. *art.* 2. *ibi.* den Frieden in *Religion-* und *Prophan-*Sachen/den Land-Frieden ſamt (*add.lit. ſeq. e.*) der Handhabung deſſelben / wie auff dem zu Augſpurg im Jahr 1555. gehaltenem Reichs-Tag auffgerichtet / angenommen / verabſchiedet und verbeſſert. & *art.* 37. Reichs-Hoffraths-Ordn. *Ferdin. III. tit.* 1. §. 15. Und weilen dann. *ibi:* und Prophan-Frieden. *Ex anterioribus Receſſu an.* 1555. *Conſtitutioribus, quas Imperii Receſſuum Corpus exhibet, huc pertinent:* der Königl. Land-Fried zu Worms *A.* 1495. Handhabung des Friedens zu Worms *A.* 1495. Erklärung des Land-Friedens zu Augſpurg/ *A.* 1500. Land-Fried auff dem Reichs-Tag zu Worms *A.* 1521. Erklärung des Land-Friedens zu Nürenberg / *A.* 1522. Land-Fried zu Augſpurg / *an.* 1548. & *quæ in* Receſſ. Imp. *A.* 1551. §. Alß wir dann 14. & *ſeq. habentur. Hiſtoriam Pacis Publicæ vetuſtiorem præclaro* rerum Germanicarum *ſive* de Pace Imperii Publica *volumine, A.* 1698. *edito, illuſtravit, Seren.mo Duci Wurtenbergico in Super. Conſil. Conſiſtor. & Senatu Eccleſiaſtico a conſiliis,* Joh. Philip. Dattius, *unde inprimis L.* 5. *cap.* 1. & 2. *propius huc pertinent. Noti etiam vulgo* Andr. Gailii *de* Pace Publica *libri duo* plenam, Dattii *judicio, d. l.* 5. *c.* 1. *n.* 10. auctoritatem *inter aliorum opera obtinentes,* obſervationibus *magni illius JCti* practicis *utplurimum ſubjunguntur.*

(e) Capit. Joſeph. *art.* 2. *ib:* ſamt der Handhabung. *it. ibi:* Die im Reichs-Abſchied an. 1555. einverleibte Executions-Ordnung. *Deſignari autem hoc nomine* der Executions-Ordnung/ *quæ in* Receſſu Imperii *A.* 1555. *pro executione utriusque Pacis, qua ſacra, qua civilia,* (*de executione ſpeciatim etiam rerum in Supremis Imperii Tribunalibus judicatarum add.* Ordin. Camer. *P.* 3. *tit.* 49. §. 1. & *ſeqq.* & Rec. Imp. *A.* 1654. §. 160. In

welchem Termin) *vique injuſta per Circulos cohibenda, ſalutariter ordinata, & in pluribus deinceps Imperii Receſſibus repetita ſunt, inprimis* Rec Imp. *A. 1654.* §. Nachdem auch Churfürſten. *178. ibi*: der in dem Reichs-Abſchied de anno 1555. heilſamlich auffgerichteter und hernach in annis 1559. 1564. 1566. 1570. 1576. 1582. 1594. mit nützlichem zuſatz und verbeſſerung wiederhohlter Executions-Ordnung/ *paulo plenius commonſtrat. Præiverant* Rec. Imp. *A. 1512. P. 1. tit. 1.* §. Wir ſollen. *3. &* §. Und ob jemands. *8.* Land-Fried zu Worms / *A. 1521. tit. 4.* vom auffgerichtem Land-Frieden. §. Und ob jemands. *3. & ſeq.* Erklärung des Land-Friedens/ *A. 1522. tit. 8.* So jemands wider recht. *tit. 13.* So zu friſcher That. *tit. 28.* So der Kreiß-Haupt-Leut. *& titt. ſeqq. ſed uberius, pleniusque, per* Receſſum Imperii *A. 1555.* §. Und damit jetzt-geſätzter. *33. usque ad* §. Ferner nach dem obgeſätzter. *104.* lex *illa* Circularis *deſcripta, idque, ut ex* Dattii *L. 1.* de Pac. Publ. *c. 21. n. 87. didici, ſecundum formulam in Conventu omnium Imperii Circulorum Francofurti ad Mœnum, menſe Novembri A. 1554. habito, conceptam, quippe quæ ſubſecutis anno inſequenti 1555. Comitiis approbata, novisque ſimul capitibus aucta fuit. Acceſſere poſtmodum* Rec. Imp. *A. 1557.* §. Alsdan auff gedachtem. *69. & 3. ſeqq.* Rec. Imp. *A. 1559.* §. Ferner haben wir. *19. & ſeqq.* Rec. Deput. Imp. *A. 1564. toto contextu*, Rec. Imp. *A. 1566.* §. Und nachdem dan. *6. & ſeqq.* Rec. Imp. *A. 1570.* §. Weiters alß auch. *17. & ſeqq.* Rec. Imp. *A. 1576.* §. Zum andern. *34. & ſeqq.* Rec. Imp. *A. 1582.* §. Wan aber. *29. & ſeqq. tandemque* Rec. Imp. *A. 1594.* §. Nach erledigtem. *25. & ſeqq. Et hactenus quidem Ordinatione illa, per* Inſtrum. Pac. Oſnabr.

nabr. *art.* 17. §. 8. (Monaſter. §. 17.) Ut etiam Pax Publica. *ibi.* obſerventur ea. & Receſſum Imperii *noviſſimum A.* 1654. *d.* §. Nachdem auch. 178. (*cui addi &* §. *aliquot ſequentes poſſunt*) *utimur. Videri tamen de actis ſuper hac re poſt Weſtfalicam Pacem poſſunt, ſcriptor* der Grundfeſte des Heil. Röm. Reichs/ *cui, Conſiliario Saxo-Vimarienſi, ſub* Eitel Friederichs von Herden *perſona deliteſcenti*, Rudolphus Heidenus *verum nomen eſt, l.* 3. *c.* 6. *pag.* 276. & *ſeqq.* it. *c.* 9. *p.* 328. & Bœcler. *l.* 3. Notit. Imp. *cap.* 3. *ubi, quod adfertur conſilium* von einer neuen Reichs-Verfaſſung/ *Baronis* Boineburgii *eſſe crediur.*

(f) Samt dem arctiori exequendi modo und Nürenbergiſchem Executions-Receſs, *quibuscum ut Inſtrumenta illa Pacis Weſtfalicæ, tam Monaſterienſis, quam Oſnabrugenſis verbotenus* Receſſui Imp. *A.* 1654. *inſererentur, quo firmiori omnia robore conſiſterent*, §. 5. ejus Receſſus. So haben wir / *ſalutariter factum fuit; & interſerta quidem* paragraphum *illam* quintam *inter & ſequentem* ſextam §. Sätzen demnach. *in ipſo hoc Imperii Receſſu leguntur*, primo *Inſtrumentum Pacis Cæſareo-Suedicum ſeu Oſnabrugenſe*, ſecundo *Cæſareo-Gallicum ſeu Monaſterienſe*, tertio Kayſerl. *Executions-Edict, A.* 1648. quarto *arctior modus exſequendi, A.* 1648. & quinto Erſter Friedens-*Executions*-Haupt-*Receſſ* zu Nürenberg / *A.* 1649, und anderer Haupt-*Receſſ* daſelbſt / *A.* 1650. *Valere Pacificationem Weſtfalicam, ut legem perpetuam & ſanctionem pragmaticam, perinde ac cæteras Imperii leges, conſtitutionesque fundamentales, & expreſſe tam Receſſui proximo, quam Capitulationi Cæſareæ eam inſerendam, ipſa* Pacis Inſtrumenta, Oſnabr. *art.* 17. §. 2. Monaſter. §. 112. Pro majori, *diſerte caverant. Id effectui*

*fectui proinde datum. add. d.* Rec. Imp. *A. 1654.* §. Und aber. *4. & §. inſertis Pacificationis Inſtrumentis ſubjuncta*, Sätzen demnach. *6. ibi*: vor ein gegebenes Fundamental-Geſätz des Heil. Reichs und immerwehrende Richtſchnur und ewige norma judicandi, ſteht / veſt und ohnverbrüchlich gehalten / *tum poſt Ferdinandi IV. & Leopoldinam*, Capitulatio Joſephi, *art. 2. ibi:* ſonderlich aber obgemelten Münſter-und Oßnabrückiſchen Frieden-Schluß und Nürenbergiſchen Executions-Receſſ. *& artic. 37. ibi*: auch mehr ermeldtem. *Juvat etiam hic adponere de contractibus Regum obſervationem illam* Hug. Grotii *ex L. 2. de* J. B. & P. *c. 14. §. 9.* Contractibus obligantur contrahentes tantum, legibus ſubditi omnes. Poſſunt tamen quædam eſſe mixta ex contractibus & legibus, ut contractus cum vicino Rege aut cum publicano factus, qui ſimul pro lege publicatur, quatenus ei inſunt, quæ ſubditis obſervanda ſunt. Hiſtoriam Pacis Weſtfalicæ Idem, *quem in* not. *ad §. præced. ſub* lit. *d. in fine laudavi*, Pfannerus, *Gothæ A. 1697. tertium editam, & ſub titulo* Arcanorum Pacis Weſtfalicæ *ſive* Relationis *de illa* Hiſtoricæ, *A. 1698. Francofurti ad Mœnum publicatam ſcriptor quidam Rom. ſacris addictus tradiderunt*; *plusque eidem luminis Opus inclytum* Puſendorfii *de* rebus Suedicis *ab expeditione Guſtavi Adolfi Regis in Germaniam ad abdicationem usque Chriſtinæ, & alii magno numero res funeſto Germaniæ tricennali bello tam geſtas, quam controverſas, qui tractaverunt, adfundent.* Philippus Andreas Oldenburgerus, *nomen ſuum, ut in aliis, hic quoque varians, tam ipſum* Pacis Inſtrumentum Diſcurſibus, *quos vocat, quam* Diſcurſus *iterum* notis *dilucidavit, multæ quidem*

*quidem vir diligentiæ, ſed ſcribendo intemperans, nec judicio pari.* Obſervationes *ad illud* Hiſtorico-Politicas *Viennæ A. 1696. publicavit* Godofredus Ferdinandus *de* Buckiſch & Lœwenfels, *religioni Romano-Catholicæ adhærens Eques. Et* Ulrici Obrechti, *quæ inſcribitur*, Expoſitio Inſtrumenti Pacis Cæſareo-Svecici, *una cum Gamſiano in Receſſum noviſſimum commentario in lucem prodiit.*

(g) *Comitiali conſenſu has Ordinationes niti, tam* Auguſtana *A. 1500. quam* Wormatienſis *A. 1521. in Collectione Receſſuum Imperii Moguntina exhibitæ, ſtatim utraque in præfat. indicant, iſta, quam ſubjungo, formula:* mit einmüthigem / zeitigem Rath und Willen / auch zugeben und annehmen der -- Churfürſten/Fürſten/ Geiſtlichen und Weltlichen/Prælaten/Graffen/Freyen/ Herrn und anderer Stånd des H. Röm. Reichs. *Ad hiſtoriam Regimenti,* des Reichs-Regiments (*in* Ordin. *1500. art. 1.* Unſer und des H. Reichs-Rath *a Cæſare vocatur*) *cum Calendis Maji A. 1531. ob non ſubminiſtratos amplius ab Ordinibus ſumtus collapſi,* Cammerger. Reform. *A. 1531.* §. Item dieweil das Regiment gefallen. *50. junct.* Rec. Imp. *A. 1530.* §. Weiter nachdem. *73. ibi:* auff den erſten Tag des Monats Maji nechſtkommend auß ſein werden / *Ordinationumque harum lucidius, meliusque intelligendam adhiberi inprimis meretur* Dattius *L. 3.* rer. Germ. *cap. 11. & 12. qui* Receſſum *quoque* Regimenti Imperii *Noribergenſem A. 1501.* den Abſchied des Reichs-Regiments zu Nürenberg / *integrum publicavit L. 2. c. 2. §. 4. In Corpore Moguntino ex iis, quæ a Regimento ordinata, (de quorum auctoritate ac robore vid. quæ not.* infra *ad §. 6. ſub* lit. *e.*) *repræſentantur*, Edictum Regimenti *Noribergenſe A. 1521.* das Edict von dem Re-

giment zu Nürenberg / im Jahr 1521. von Succeſſion der Brüder und Schweſter Kinder / &, *cujus* antea *ſub* lit. *e. meminimus*, Erklärung des Land-Friedens zu Nürenberg / *A.* 1522. *tum ſub* lit. *proxime ſequenti h. inter cæteras memoratæ* Ordinationes Judicii Cameralis *A.* 1523. & 1527. *quippe quarum etiam poſteriori auctoritatem minimum Regimenti acceſſiſſe*, *verba illa principii*, Stadt-Halter / Regiment / *ſequentibus*, auch Cammer-Richter und Beyſitzer / *præmiſſa arguunt.*

(b) *Prodit lucide Comitialem conſenſum* prima, *quæ in rem præſentem deducta*, *Ordinationum Cameralium Wormatienſis*, Ordnung des Cammer-Gerichts zu Worms / *A.* 1495. *in fine proœm. ibi*: mit zeitigem Rath euer / der Churfürſten / Fürſten und Gemeinen Verſamlung auff unſerm / und des Reichs-Tage zu Worms. *Quam ſecutæ*, *una cum iſta*, *ſed*, *præter alia*, *duobus*, *ut mox apparebit*, *etiam Viſitationum Receſſibus interſertis*, *in Corpore Imperii Receſſuum Moguntino exhibentur ſequentes*: Cammer-Gerichts-Ordnung zu Augſpurg / *A.* 1500. (*add.* Blum. *tit.* 4. *n.* 5.) *ubi iterum de conſenſu Procerum teſtantur verba princ.* Durch uns und die Stånd des Reichs dieſer Verſamlung. & *art.* 1. *ibi*: mit ſamt den Stånden. *itemque* (*add. dict.* Ord. Cam. Aug. *art.* 2. *verſ.* Haben gemeldter. & *ſeq.*) Die zu Lindau und Freyburg auff dem gehaltenem Reichs-Tage / *eod. A.* 1500. ratificirte Artickel des Cammer-Gerichts. Cammer-Gerichts-Ordnung zu Coſtens / *A.* 1507. (*add.* Blum. *tit.* 4. *n.* 7.) *ubi vid.* tit. 19. Von des Cammer-Richters. §. 2. Und wir Churfürſten. *ibi*: mit unſerm guten Wiſſen / Willen und Rath. *eique ſecundum articulorum ſeriem connexa* Cammer-Gerichts-Ordnung / *ſive*, wie

fürth in

fürthin am Cammer-Gericht ſoll procedirt werden/ zu Regenſpurg/ *A. 1507.* Abſchied *ſive* Cammer-Gerichts-Ordnung der Käyſerl. Commiſſarien und Churfürſtl. Räthe/ zu Worms/ *A. 1517.* biß auff weiter Käyſerl. Májeſtät Beſcheid/ *ut in fine principii verba habent.* Cammer-Gerichts-Ordnung zu Worms/ *A. 1521. ubi iterum res de Comitiali conſenſu evidens ex præfat. ibi:* ſo haben wir mit euer. Cammer-Gerichts-Ordnung/ durch das Käyſerlich Regiment/ (*vid. ad* lit. *præced. g. in fine notata*) zu Nürnberg/ *A. 1523.* Cammer-Gerichts-Ordnung zu Speyer/ *A. 1527.* durch Cammer-Richter und Bey-Sitzer auffgericht/ *de qua itidem adde, quæ ad* lit. *præced. g. in fine antea annotavimus.* Reformation des Käyſerlichen Cammer-Gerichts/ durch Röm. Käyſerl. May. auch Churfürſten/ Fürſten und gemeiner Reichs-Ständen Commiſſarien und Räthe zu Speyer auffgericht/ *A. 1531. quam* Viſitationis Receſſum *eſſe, præfatio, §. 1. & §. ult. 58. tum* Rec. Imp. *Reginoburgenſis anni proxime ſequentis, tit. 3.* Cammer-Gericht betreffend. *§. 1. aperte indicant, in quo titulo ſubſecuti hujus Receſſus nonnihil Reformationis ejus mutatum.* Cammer-Gerichts-Ordnung/ *ut in Codice quidem Moguntino inſcribitur,* durch Röm. Käyſerl. May. auch Churfürſten/ Fürſten und gemeiner Stände Commiſſarien und Räthe zu Speyer/ *A. 1533.* auffgericht; *quam itidem* Viſitationis *eſſe* Receſſum *conſtat. vid. præfat. & §. 16.* Obgemeldten Abſchied. *& add.* Maurit. *de* Receſſ. Imp. *§. 12. verſ.* Et exſtat. *it.* Blum. *tit. 2. §. 3. quæque* infra *ad §. 6. ſub* lit. *h. notavimus.* Erneuerte Ordnung etlicher Puncten/ belangend den Gerichtlichen Proceß des Käyſerl. Cammer-Gerichts/ durch Cammer-Richter



und

und Beyſitzer / *A. 1538. cui ſubjiciuntur* die Eyde der Perſonen zum Cammer-Gericht gehörig und der Partheyen / *item*, Wie ein Cammer-Bot *exequiren* ſoll. *Tantum unicam ex antiquioribus Cameræ Ordinationibus in vulgata ſeu Moguntina Receſſuum Imperii Collectione hic omiſſam eſſe, quam A. 1496. primæ aliquot articulos addens, Maximilianus promulgaverit, apud* Goldaſtum in denen Reichs-Satzungen *p. 209. & ſeqq. exſtantem*, Blumius *in* proceſſu Camerali *tit. 2. n. 4. in fine, cui n. 2. adjungi poteſt, annotavit. Conceptam vero etiam in Comitiis jam tum Noribergenſibus, A. 1487. Cæſarique, ab Imperii Ordinibus, Friderico propoſitam & ab hoc reviſam, ex antiquiori fortaſſis & quidem ea, quæ A. 1474. facta, decerptam Ordinationis Cameralis formulam, primæ, quam ſuperius diximus, A. 1495. publicatæ, fontem quendam, a* Schiltero *communicatam* Dattio, *& ab hoc in lucem nunc habemus editam, L. 4.* rer. Germ. *c. 1. n. 182. Poſtulare per tot, tamque varias mutationes, & præcedentium tam augmenta, quam mutationes confuſior aliquanto rei Cameralis conditio novam denique & per omnia ſibi conſonam, perfectioremque Ordinationem videbatur*, eine lautere/gemeine Ordnung. *Conſcribi itaque eam (nec anterioribus tamen idcirco penitus ſeponendis, vid.* Deckherr. *cap. 7.* de cult. Jur. Cam. *p. 34.) Carolus V. (per* Caſp. Cunonem, *Cameræ Adſeſſorem, &* Conradum Viſchium, *Moguntinum Conſiliarium & Cancellariæ Cameralis Directorem,* Deckherr. *d. l. p. 35.) curavit, ſecundum Ordinum Imperii placitum, obſervarique eadem juſſa in* Rec. Imp. *A. 1548.* §. Und nachdem wir. *36. quam ipſam Latine a* Juſtino Goblero *redditam* (Deckherr. *d. p. 35.)* Conſtitutionum Imperialium *tomo 2. inſeruit* Goldaſtus, *ſed reviſam deinde & in*

*locis*

*locis cauſam religionis contingentibus correctam*, (*Conf.* Deckherr. *in* Vindic. Jur. Cam. *tit. 2. n. 1.*) *fratre Cæſare abſente, Imperium gubernans Rex Rom. Ferdinandus, rite in conſortium adſcitis Germaniæ Proceribus, in Comitiis demum Auguſtanis A. 1555. eandem promulgavit. Vid. ipſa* Ord. *in princ. eique ſubjecto* §. 1. & *part. 3.* §. *ult. 55. Et hæc, tripertita quidem illa, & in Imperii Receſſuum Codice exhibitarum poſtrema, Ordinatio eſt,* Des Käyſerl. Cammer-Gerichts-Ordnung zu Augſpurg / *A. 1555. quæ ſimpliciter & per excellentiam* Ordinationis *hactenus* Cameralis *nomine cenſeri & allegari ſolet, uſuque, novior cæteris & perfectior, obtinet.* Capit. Joſeph. *art. 37. ibi:* auch der in Anno 1555. auffgerichten Cammer-Gerichts / neben des Reichs-Executions-Ordnung. *quanquam multum & illi, tam augmenti, quam declarationis, mutationisque per Imperii ſubinde, Deputationumque Imperii, ac Viſitationum Receſſus, per Memorialia item, communia decreta, aliaque* (*conf.* Deckherr. *in* Vindic. Jur. Cam. *tit. 2. n. 5. p. 15. & n. 10. p. 22.*) *concluſa vel SCta acceſſerit. Quamobrem de nova iterum Cameralis Judicii Ordinatione diu jam cogitari cœptum; Judicique & Adſeſſoribus, ut, qua religionem obſervata æqualitate, aliquos illi concipiendæ idoneos adhiberent,* per Rec. Imp. *A. 1598.* §. Wir ſeind auch *69. & ſeq. injunctum fuit. Paritum quidem publico huic juſſui; conceptamque ex ejus præſcripto formulam in Comitiis A. 1603. Ordinibus Imperii ad proxima uſque Comitia expendendam Cancellaria Moguntina communicavit. Sed ob Turcicæ invaſionis pericula ad futuras deliberationes res in Comitiis A. 1613. relata.* Rec. Imp. *A. 1613.* §. So ſeind wir auch. *4. verſ.* damit auch der prorogirte Reichs-Tag. *Intervenit deinde longa belli tempeſtas, neque magis in Imperii Deputationum Con-*

*ventu Francofurtenſi, quam in habitis tandem poſt multa temporum ſpatia iterum A. 1641. Comitiis ipſis, quæ ad illum, inſequenti habendum anno, emendationem juſtitiæ,* den punctum Juſtitiæ, *diſtulerant,* Rec. Imp. *A. 1641.* §. Wiewol wir dann. *90. quidquam rei perficiendæ actum.* Blum. *in* not. *ad part. 2.* Concept. C. G. O. *tit. 33. §. ult.* Receſſus Imperii *A. 1654. pluribus circa ordinem Cameræ Judiciarium præclare ordinatis, ut, his additis, & reviſa de reliquo in futura viſitatione a Viſitatoribus, Adſeſſorum juxta ac peritorum rei Cameralis Procuratorum aliquos una adhibituris, novæ Ordinationis formula,* biß anhero noch nicht zur Vollenkommenheit gebrachtes Concept der neuen Cammer-Gerichts-Ordnung / *ita digereretur, quo in futuris deinde Comitiis complementum denique ultimum res acciperet,* §. 134. Das anno 1613. begriffenes / *haud ſecuto tamen hactenus, aut pro eo, qui nunc eſt, rerum Germanicarum ſtatu, facile ſperando effectu, conſtituit. Interim poſt* Viennenſem *A. 1629. &* Hanovienſem *A. 1633.* editiones *veteres, cum conſenſu Electoris Moguntini, ut S. R. I. Archi-Cancellarii, formula illa,* Concept der erneuerten und verbeſſerten Cammer-Gerichts-Ordnung / *opportune paſſim in margine allegatis fontibus, inſertis præterea vel contextui ſubjunctis Receſſuum Imperii, Viſitationum, Memorialium ac Decretorum locis inde excerptis, intentoque in jura etiam noviora digito, a* Jacobo Blumio, *pluribus ipſo in præfatione, quid hic præſtiterit, exponente, A. 1663. Spiræ denuo in commune commodum publicata fuit. Judicia de* Concepto, *ut vocatur, reperis apud* Deckherrum *in* Vindic. Jur. Cam. *tit. 2. n. 5. p. 15. & in* Diſſert. *de* cultu Jur. Camer. *c. 7. p. 35. de editione Blumiana,* ejuſd. Diſſert. *cap. 10. p. 69. Origines Ordinationum*

Came-

*Cameralium* Dattius *L. 4.* rer. Germ. *cap. 1. pandit. In* Notitiam rei, Juriſque Cameralis *eruditam* Introductionem *ſcripſit* Deckherrus, *qua modo laudata a nobis* Diſſertatio *de* Cultu Juris Cameralis *cum notis ad nonnullos* Ord. Cam. & Concepti *titulos continetur. Cæterum ultra Cameram Ordinationis Summo huic Imperii Judicio præſcriptæ uſum diffundi, etiam arg.* §. *ult.* Inſtit. *de* ſatiſdat. *quodammodo colligas, probante* Mauritio *in* Diſſert. *de* Citat. ad reaſſum. §. *9. verſ.* Neque deſugere. *nec non in* Conſil. Chilon. *7. n. 7. & lucidius Imperii noſtri Leges declarant. In* Judicio Cæſaris Aulico *quoad proceſſum judiciarium Ordinationem Cameræ Imperialis per omnia ſervandam* Inſtrum. Pac. Oſnabr. *art. 5.* §. Quoad proceſſum. *55. diſerte ſanxit. quod de Ordinatione A. 1555. non æque & de Viſitatorum Receſſibus ac Memorialibus, cæteriſque Camerali Judicio ſpeciatim aptatis juribus cum* Deckherro *tit. 1.* Vindic. Jur. Cam. *n. 18. p. 6. hactenus utique accipio, ut ad ea tamen, quæ novioribus Imperii Receſſibus addita vel emendata, omnino id extendendum putem, confirmatus præſertim verbis* der Reichs-Hoffraths-Ordnung *Ferdin. III. tit. 2.* §. *7.* So wollen wir auch. *ibi*: auch/ſo viel müglich/ deſſelben unſers Käyſerl. Cammer-Gerichts Ordnung und in allen Sachen gewöhnlichen Proceſſ, Termin und Solennitäten gebrauchen und obſerviren / -- und in alleweg/ ſo viel die Subſtantz eines gerichtlichen Proceſſ anlangt / ſonderlich darin unwiederbringliches præjuditz zu befahren / von der Ordnung / wie ſie ein Käyſerl. Cammer-Gericht eingeführt und verbeſſert werden möchte/ in ſubſtantialibus requiſitis proceſſus nicht abweichen ſollen. *add.* Text. *ad* Rec. Imp. *A. 1654.* Diſp. *1.* §. *53. & conſ. cum d.* §. *7.* der K. H. O.

§. *ſeq. 8.*

§. *ſeq.* 8. Hingegen wollen wir ſie. *junct.* Andler. *tom.* 2. Corp. Conſtit. Imper. v. Reichs-Hoffrath *n.* 22. & Maurit. *de* Cæſ. Aul. Judic. §. 22. & *ſeq.* Judiciis *in Germania* Inferioribus *Cameræ in re judiciaria procedendi modum pro norma obſervandum*, *poſt* Receſſum Deput. Imp. *A.* 1600. §. Dieweil aber hiebey. 15. *ibi*: Reichs- und Cammer-Gerichts-Proceß gemäſſe Ordnung / *injungit* Rec. Imp. *noviſſimus A.* 1654. §. Es ſollen auch Churfürſten. 137. *ibi*: bey denenſelben die norma der Cammer-Gerichtlichen Proceß obſervirt werde / duplici *tamen* reſtrictione *admodum regulam hanc coarctans*, prima *ibi*: ſo viel müglich / *quod* Rec. Imp. Deput. *d.* §. Dieweil aber. 15. *ita expreſſerat*: So viel nach eines jeden Orts Gelegenheit immer erſprießlich ſeyn wird. altera *ibi*: jedoch mit dieſem außdrücklichem Vorbehalt / dafern bey ſolchen Judiciis ein anderer modus eingeführt / und biß dahero beſtändig hergebracht worden / daß es auch dabey ſein ohngeändertes Verbleiben haben ſolle. *Cui poſteriori temperamento notabilis tamen*, & *quæ ſtrictius*, *quam ſubinde fieri uſus docet*, *obſervari meretur*, (*add.* Blum. *tit.* 1. §. 19. *ibique* Deckherr.) *clauſula de obſervantia nihilominus ejus*, was von Abſchneidung der Productorum Weitläufftigkeit oben (*intelligo* §. Dieſem-nechſt nun. 34. §. Es ſollen auch. 37. §. Dieweil aber. 41. §. Zu dermaliger. 96. §. Gleichergeſtalt. 98.) verſehen / *adjungitur*. *Quod*, *vituperatus idcirco a* Deckherro *p.* 9. Blumius *tit.* 1. proc. Cam. *n.* 18. *ita reſtrictionem illarum primam Latine reddidit*, quantum illorum (*inferiorum judiciorum*) commoditas ferret, *dextram*, *credo*, *interpretationem haud reſpuit*; *nec*, *quam urget* Deckherrus, *publici boni ratio prudenti Imperii Procerum*, *ad regionum ſuarum ſtatum*, *rationem-*

*onemque ſpecialem oculos intendentium, arbitrium temere excludet. conf.* Z. ll. Cantzley-Ordn. *in fine principii, ibi:* ſo wol nach Anleitung der gemeinen Rechte/ und Beſchaffenheit obberührter unſerer Fürſtenthümer und Lande/ als auch des jüngſten Regenſpurgiſchen Reichs-Abſchiedes. *it.* Wolffenb. Hoffger. Ordn. *in præfat. ibi:* auch ſonſten nach dem inhalte des jüngſten publicirten Reichs-Abſchiedes/ ſo viel das verbeſſerte Juſtitz-weſen betrifft/ hin und wieder miteinzurichten.

(*i*) *Exſtant in Receſſuum Imperii Corpore, priores duæ in Imperii Comitiis, poſterior in Conventu Deputationis Imperii rite latæ:* Reformation guter Policey zu Augſpurg/ *A. 1530. ubi vid. præf. §. 1. & §.* Demnach haben wir/ *ibi:* ſamt Churfürſten/ Fürſten und Ständen. *2. & tit. 39. §. ult. ibi:* mit Rath/ Wiſſen und Willen/ Churfürſten/Fürſten und Stände. *3.* Reformation guter Policey zu Augſpurg/ *A. 1548. ubi vid. præf. §. 1. verſ.* Haben wir ſamt Churfürſten. *& tit. ult. 37. §. ult.* Und daß alle. *ibi:* mit Rath/ Wiſſen und Willen/ Churfürſten/ Fürſten und Stände. *6.* Policey-Ordn. zu Franckfurt/ *A. 1577. ubi vid. pr. ibi:* zu folg ſolches einhelligen Reichs-Beſchluß/ (Rec. Imp. *A. 1576.* zu Regenſpurg/ §. Wiewol nun. *117.) it. ibi:* mit zeitigem Rath. *& tit. ult. 38. §. ult. 7. ibi:* mit Rath/ Wiſſen und Willen/ Churfürſten/ Fürſten und Stände. *Conf. ex juribus novioribus* Inſtrum. Pac. Oſnabr. *art. 8.* §. Habeantur. *3. ibi:* reformatione Politiæ. *& add.* Grundfeſte/ *P. 3. c. 7. p. 287. In* Anton. Fabri Europ. Staats-Cantzley/ *P. 1. faſcic. 2. huc pertinentia habentur,* Käyſerl. Reſolution auff des Reichs-Gut-achten vom 8. Jan. 1681. die Abſchaffung der Snuhr-Mühlen betreffend/ ſamt dem

Käyſerl. Edict. *ſub n. 2. & 3. p. 111. & 112. & ſub n. 4. p. 116. & ſeqq.* Concluſum der dreyen Reichs-Collegiorum im Majo 1671. die Abſtellung der Mißbräuch bey denen Handwerckern betreffend.

(k) *Habetur in Codice Imperii Receſſuum* Käyſers Ferdinandi Müntz-Ordnung zu Augſpurg / *A. 1559. ubi vid. præfat. in pr. & §. 1.* Demnach uns dann / auch Churfürſten / Fürſten und Ständen. *ibi:* auff gegenwärtigem Reichs-Tag verglichen uñ entſchloſſen. *add.* Rec. Imp. zu Speyer / *A. 1570.* §. Als haben neben uns. *122. & quod itidem dicto Codice*, mit zweyen / im Nahmen der Röm. Käyſerl. May. und der vier Churfürſten am Rhein zu Franckfurt am Mäyn / *ſecundum eundem* Rec. *A. 1570.* §. Und auß ſonderen. *47. A. 1571.* publicirten / Müntz-proclamaten / *exhibetur*, Käyſerliches Müntz-mandat, *A. 1571.* ſo vermöge Speyeriſchen Reichs-Abſchiedes / §. Derhalben wollen wir. *144.* nicht aber auch / *ut ſuperior rubrica editionis Moguntinæ A. 1692. habet*, zu Speyer / ſondern zu Prag / ergangen oder publiciret. *Congeriem quandam ex Imperii Receſſibus de re monetali reperis apud* Andlerum *in* Corpore Conſtitutionum Imperialium, *v.* Müntz. *p. 659. & ſeqq. & majori, etiam ex antiquioribus Conſtitutionibus, adparatu apud* Melch. Goldaſtum *in* Catholico Rei Monetariæ *ſive* Legibus Monarchicis generalibus & ſpecialibus de rebus nummariis & pecuniariis ab initio Rom. Monarchiæ usque ad A. 1620. *quem librum* parti 2. Act. Publ. Monetar. *inſeruit* David Thomanus *ab* Hagelſtein, *præmiſſa* Caroli V. Müntz-Ordnung. *A. 1551. p. 1. &* Ferdinandi I. *A. 1559. p. 4. cujus* Probier-Ordnung zu Augſpurg *A. 1559. exhibetur p. 197. & ſeqq. addi ex noviſſimis poſſunt*, Reichs-Concluſum in

pun-

puncto des Müntz-weſens/ *A. 1667. ap. Eund.* Thoman. *part. 2.* actor. publ. monetar. *p. 276. & ſeqq.* Käyſerl. Reſolution in puncto monetæ, *A. 1667. ibid. p. 285. & ſeqq.* Käyſerl. Müntz Edict, *A. 1676. ap.* Lucium *p. 3. & ſeqq.* verſchiedener Müntz-Ordnungen und Reichs-Conſtitutionum, ſo von Röm. Käyſerl. Mäy. Churfürſten/ Fürſten und Ständen *de A. 1676.* biß *1691.* publiciret worden. Käyſerl. Commiſſions-Decret, nebſt Proviſional-Müntz-Edict, *dictatum Reginoburgi 1677. ap.* Thoman. *d. part. 2. p. 304. & ſeqq.* Käyſerl. neue Edictal Müntz-Verordnung/ *A. 1680. ap.* Luc. *d. l. p. 78. & ſeqq.* Käyſerl. Commiſſions-Decret, *A. 1682. ap.* Thoman. *d. p. 2. p. 313.* Käyſerl. Müntz-mandat, *A. 1689. ap.* Luc. *p. 100. & ſeqq.* Käyſerliches Patent die in *puncto monetæ* angeordnete Käyſerliche *Inquiſitions-Commiſſion* betreffend *A. 1690. ap.* Eund. *p. 170. & ſeqq. Secundum Seculorum ſeriem rei apud Germanos monetalis hiſtoriam enarrant* Tilemannus Frieſe/ *Lib. 3.* des Müntz-Spiegels/ *quem part. 1. cum* Tobiæ Oelhafen *a* Schöllenbach *tractatu Polit.* de rei monetariæ ſtatu hodierno, *aliisq; ſcriptoribus* Thomanus *denuo repræſentavit*, & Leonardus Wilibaldus Hoffmann im alten und neuen Müntz-Schlüſſel *p. 112. & ſeqq. Sed multa inſtitutum tale præſidia, accurationemque non modicam & induſtriam requirit, cujuſcemodi ſpecimen aliquod in re monetali Francica dedit* Le Blanc *in tractatu hiſtorico* des monnoyes de France, avec leurs figures, depuis le commencement de la Monarchie jusqu' a preſent, augmenté d' une Diſſertation Hiſtorique ſur quelques Monnöyes de Charlemagne, de Loüis le Debonnaire, de Lothaire, & de leurs Succeſſeurs, frapées dans Rome, *ſecundum Pariſinum exemplar typis iteratis excuſo Amſtelodami A. 1692.*

D 2 (*l*) Käy-

(*l*) Käyſer Carls des Fünften und des H. Röm. Reichs Peinliche Halß-Gerichts-Ordnung/ auff den Reichs-Tagen zu Augſpurg und Regenſpurg/ in den Jahren 1530. und 1532. gehalten / auffgericht. *Vid. præfat. ibi:* Wir ſamt Churfürſten / Fürſten und Ständen/ *nec non verbis:* daß alle und jede unſere und des Reichs Unterthanen. *Primum*, antiquiſſimum*que* exemplar, *cum gratia & privilegio Imperiali*, *excuſum Moguntiæ, ab Juone* Schöffern/ *Anno, ut* Claſenius *quidem ad procem. p. 29. verſ.* Primum & antiquiſſimum. *refert*, *1533. normam poſterioribus, ad quam corrigantur, editionibus præbet. Id quod mihi tamen videre Schœfferianum exemplar licuit, privilegio Caroli V. ult. Julii. 1532. Reginoburgi dato, in altero ſtatim folii titulum continentis latere, munitum, 10. Jun. A. 1535. abſolutum fuiſſe, ex adpoſita poſt finem annotatiuncula deprehendi.* Verſionis Latinæ, *tom. 3.* Conſtitut. Imperial. Goldaſti *p. 516. edit. Offenb. A. 1610. & p. 516. edit. Francof. A. 1673. inſertæ, auctorem, Claſenio ignoratum*, Gregorium *ſive* Georgium (Gergojus, *forſan ex Germanica* Görgies/ *utrobique prænomen effertur*) Remum *eſſe, JCtum & Patricium Auguſtanum, jam in Offenbacenſi editione in margine additum reperitur. Eſtque ipſe is, ut non dubito, Conſiliarius Widanus, cujus doctam Paraphraſin Herbornæ A. 1594. (nunc denuo Leodii A. 1699.) excuſam typis*, Claſenius *d. p. 29. laudat; ubi & ſequenti deinde pag. 30.* commentatores *etiã alii*, Bernhardus Zierizius, Mathias Stephanus, Caſpar Manzius, Ludov. Gilhauſen, Nicol. Vigelius, (Juſtinus) Goblerus & Anton. Bullæus *commemorantur; cauſamque, confectionem, promulgationem, & reſtrictionem Conſtitutionis hujus Carolinæ ſeu Criminalis p. 24. & ſeqq.* Idem *pluribus exponit.*

(*m*) *In Codice Imperii Receſſuum, prima inter cæteras huc per-*

*pertinet* Reformation Käyſer Friederichs des dritten/ zu Franckfurt am Mäyn / *A. 1442. variis capitibus conſtans*, *add.* Georg. Chriſtoph. Stirn. *tit.* 12. Nomothe. Romano. Germ. §. 5. *n.* 2. *p.* 334. & *vid. quæ not.* ſupra *ad* §. 4. lit. *b. p.* 4. *Tantæ eam auctoritatis habitam, ut omnia ſeculi XV. acta ad eam provocent*, Dattius *L.* 4. *c.* 4. *n.* 78. *annotat. add.* Id. *L.* 1. *c.* 28. *n.* 16. *p.* 197. *quo cap. n.* 7. & *ſeqq. cur nec per illam tamen Paci publicæ ſatis conſuli potuerit, expoſitum reperis. Adfertur hæc Reformatio*, wie ſie in des Hoffgerichts zu Rothwil Buch von Wort zu Wort *regiſtrirt* / 1451. *in* documentis *res Friderici illuſtrantibus, Hiſtoriæ Æneæ Sylvii in* Volum. rer. Germ. *A.* 1685. *Argentorati per* Culpiſium *edito, ſubjunctis, p.* 129. Conſtitutionem *in Comitiis Wormatienſibus A.* 1495. de communi Denario *factam*, Königliche Satzung von dem gemeinen Pfenning zu Worms / *A.* 1495. *plenius & correctius, quam in Codice Moguntino, notisque illuſtratam, exhibet* Dattius *L.* 3. *c.* 5. *n.* 18. & *ſeqq. p.* 534. & *ſeqq. ubi legere etiam, quæ præmittuntur, licet. Concepta itidem cum Comitiali Procerum conſenſu fuit* die Königliche Satzung von den Gottes-Läſterern zu Worms *A.* 1495. *cujus hiſtoriam, remque ipſam amplius quæ illuminent, ex* Dattii *L.* 3. *c.* 14. *n.* 7. & *ſeqq.* & *L.* 2. *c.* 33. *n.* 20. & *ſeqq. addito n.* 40. & *ſeqq. p.* 480. & *ſeqq. hauriri poſſunt. Et iiſdem denique Comitiis, ſimiliter Ordinibus ſuffragantibus, (vid.* §. Demnach haben wir mit zeitigem Rath) *publicata etiam prodiit* Reformation König Maximilians die Frey-Schöpffen und das heimliche Gericht zu Weſtfahlen betreffend / zu Worms / *A.* 1495. *de qua add.* Datt. *L.* 4. *c.* 4. *n.* 78. & *ſeqq. p.* 758. & *conf. quæ eximie idem & prolixe cap.* 2. & *ſeqq. dicti libri de Weſtphalicis illis Judiciis diſquiſivit*,

Prophan-Frieden / auch dem zu Münſter und Oſ-nabrück auffgerichtem Friedenſchluß und was dem anhängig / wie obgemeldt / ohn-abbrüchig und ohne conſequentz, Nachtheil und Schaden. *Nihilominus apud* prætenſæ, *ut vocat*, *etiam* Reformatæ religionis ſectatores *Concordatis locum eſſe*, *ad quotidianam experientiam provocans*, *aſſerit* Nicolartius *tit. 3. §. 3. p. 176. aut minus vere*, *aut ambigue admodum. nam id quidem verum eſt*, *inſtar nunc & loco Pontificis Proteſtantes Territoriorum Dominos juribus illis*, *eorumve aliquibus*, *quæ ſecundum Concordata Pontifex ſibi vindicaret*, *veluti menſium Papalium*, *aliisque uti. Vid.* Strik. *de* jur. Papal. Princip. Evangel. *cap. 2. §. 4. 9. & ſeqq. cap. 3. §. 2. 3. 5. 11. cap. 4. §. 1. 8. cap. 5. §. 3.* Rhet. *de* jur. Imp. circ. Sacr. *c. 5. n. 18. & ſeqq.* Andler. *tom. 2. v.* Concordata. *n. 13. ibi:* quamvis adhuc hodie. *In mixtæ autem religionis Capitulis jus menſium Papalium*, *quantum ad Romano-Catholicos*, *Pontifici*, *modo rite ac legitimo tempore proviſio inſinuetur*, *ſecundum obſervantiam Anni 1624. reſervatum*, *ſive immediata Capitula ſint*, Inſtr. Pac. Oſnabr. *art. 5. §. 20.* In quorum autem, *ſive monaſteria & collegia mediata*, Id. Inſtr. Pac. *dict. art. 5. §.* Omnia quoque monaſteria, *verſ.* Idem plane hic obſervetur, *junct. §. ante memorato*, In quorum autem.

XII. *Inſtrumenta Pacis Noviomagenſis* Cæſareo-Gallicum & Cæſareo-Suedicum (*a*), *ac Ryſvicenſis* Cæſarem & Imperium inter & Galliam (*b*), quæ paſſim obvia noviſſimæ quoque editioni Conſtitutionum Imperii Andlerianæ (*c*), una cum aliis nonnullis, etiam ad Germaniæ jura haud ſpectantibus (*d*), adjecta ſunt, perinde ut Pax Weſtfalica

(*e*),

(*e*), internis ac domeſticis Imperii negotiis legis publicæ ac fundamentalis normam non præbent (*f*); uſum tamen, ut Pacificationes pro re nata aliæ (*g*), in his quoque & in forenſibus controverſiis decidendis nonnunquam habere poſſunt (*h*): quamvis addita *Pacis Ryſvicenſis* articulo IV. clauſula, *Religione tamen Catholica Romana*, difficultati, concertationique obnoxia, Ordinibus Evangelicis pro Weſtfalicæ Pacis ſanctimonia & ſecundum iſtam normanda declaratione obniſis (*i*).

(*a*) *5. Febr. 1679. confecta & ſubſcripta. Prodierunt* Actes & Memoires des Negotiations de la Paix de Nimegue *a Amſterdam 1679. tomis tribus; plurimaque publice quoad Pacificationem Noviomagenſem illam actorum in* Londorpii *quoque* Actor. Publ. *Part. 10. &* Joh. Chriſtiani Lunigii *publicor. negotior.* Sylloge *habentur. Majorem vero, præter alia hujus generis, adfundent lucem Les* Memoires *du* Chevalier Temple, *editæ à la Haye 1692.*

(*b*) *30. Octobr. 1697. confectæ. Prodiit* Relation de ce qui s' eſt paſſé devant & dans la Negotiation de la Paix a Ryſuic *avec* la Suite, *à la Haye, 1697. legique etiam apud* Lunigium *publice A. 1697. acta poſſunt. Quas* Dumontius *publicavit*, Memoires Politiques pour ſervir à la parfaite intelligence de l' Hiſtoire de la Paix de Ryſwick, *a temporibus usque Pacificationis Weſtfalicæ rerum fontes aperiunt; nec ultra quatuor tomos Hagæ Comitum A. 1699. illarum aliquid hactenus editum, mihi conſtat; quorum quartus ſive ultimus tomus ipſius Pacis Ryſuicenſis tempora nondum attingit. Dignum vero opus, quod abſolvatur.* Notas *Pacis hujus tabulis*

*A.*

*A. 1699. ab ſe editis addidit & A. 1700. eas ſupplemento auxit* Ahaſverus Fritſchius, *qui* ad ipſum quoque Inſtrumentum Pacis Weſtfalicæ annotamenta *novo* ad Limnæi Jus Publicum additionum tomo, *A. 1680. Argentorati curavit adjungi, & , poſt Pacem Noviomagenſem*, tabulas *etiam* Armiſtitii Vicennalis *inter Imp. & Regem Galliæ Reginoburgi, A. 1684. initi pariter* annotamentis *quibuſdam A. 1694. illuſtravit.*

(c) *tom. 1. poſt lit. z.*

(d) *Spectant quidem in his ad jura Germaniæ procul omni dubio* die Wahl-Capitulation Leopoldi *p. 1. &* Joſephi *p. 15.* Ferdinandi III. Reichs-Hoff-Raths-Ordnung *p. 39. &* Inſtrumenta Pacis Oſnabrug. *p. 56. &* Monaſter. *p. 83. nec* Armiſtitium Vicennale *Cæſareo-Gallicum p. 102. & 106. incommode inſertum; & intuitu forſan Circuli Burgundici* Induciæ *etiam* Gallo-Hiſpanicæ *a Cæſare pro Hiſpano Reginoburgi pactæ, & cum Cæſareo-Gallicis conjunctæ admodum, p. 109. huc quodammodo referri poterant. Sed, qualiſcunque tandem rerum in aliquibus cum Germanicis ſit aut fuerit illorum connexio, Imperii certe noſtri Jura non ſunt* Inſtrumentū Pacis Gallo-Sabaudicum *Turinenſe A. 1696. p. 111.* Hiſpano-Gallicum Ryſuicenſe *A. 1697. p. 126.* Anglo-Gallicum Ryſuicenſe *A. 1697. p. 132.* inter Galliam & Fœderatos Belgas *itidem Ryſuici dicto anno confectum, p. 138.* Cæſareo-Othomannicum *Carolovizienſe A. 1699. p. 142.* Polonico-Othomannicum *Carolovizienſe p. 147. &* Turcico-Moſcovitium *p. 152. De actu præterea electionis & coronationis Joſephi Relatio p. 29. mere hiſtorica eſt; & quid de ingreſſu Legati Cæſarei Conſtantinopoli & audientiis apud Primum Vezirium & Magnum Sultanum A. 1700. p. 152.* Einzug zu *Adrianopel* und *Conſtantinopel, p. 155.* und von dem Einzug des

des Ibrahim Baſſa zu Wien / *eodem anno*, *Relationes*, *utriusque Legati imaginibus exornatæ*, *ad Corpus Conſtitutionum Imperialium?*

(*e*) *vid.* ſup. §. *5. lit. f.*

(*f*) *Conf.* Coccej. *cap. 1.* Jur. Publ. Prud. §. *4. Pacem tamen & ipſa Weſtfalicam confirmant*, Inſtr. Pac. Noviomag. Cæſ. Sued. *art. 3.* Ryſuic. *art. 3. ubi exceptio in verſic.* niſi quatenus.

(*g*) *Vid.* not. *ad* §. *5. lit. f. n. 14. verſ.* Juvat etiam.

(*h*) *Exemplo ſint in* Pace Noviomag. Cæſ. Gall. *art. 24.* Reſtituantur omnes. *&* Cæſ. Sued. *art. 2.* Et quo accuratius. *verſ.* Gaudeantque pariter. *in* Pace Ryſuicenſi *art. 2.* Sit perpetua. *verſ.* Gaudeant etiam. *art. 44.* Dominus Cardinalis de Furſtenberg, *unde in Collegio noſtro Juridico nobis in facti ſpecie conſultis argumentum aliquando ſuppeditatum memini*, *& artic. 46.* Reſtituentur omnes.

(*i*) *Vid.* Rationes, propter quas *Aug. Confeſſ. Procerum ad Pacificationem illam Deputatorum Legati* Pacem Ryſuicenſem *ſignare recuſaverunt ap.* Lunig. *p. 106. & in* Fritſch. annotamentis *p. 168. pluraque publice hac in re acta ap. eundem* Fritſch. *p. 177. & ſeqq.* ibidem, *& in* ſupplement. annotat. *p. 1. & ſeqq. & p. 94. & ſeqq. nec non apud* Anton. Fabr. *Part. 3.* Europ. Stats-Cantzl. *c. 9. p. 717. & ſeqq. & Part. 4. c. 10. p. 507. & ſeqq.*

XIII. Prodierunt jam inde ab A. MD. (*a*) *Editiones Imperii Receſſuum, Conſtitutionumque* haud paucæ; ſed nullam, cui non multa ad perfectionem deſint, exſtare hactenus (*b*), plenoque & accurato Legum Germanicarum (*c*) Codice nos deſtitui, fatendum libere, nec immerito dolendum eſt.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169933-p0097-0

(*a*) *Didici ex apprime ſedulo talium ſcrutatore* Schiltero, *L. 1.* Inſtit. Jur. Publ. *tit. 2. §. 11. p. 19. & ſeq. A. 1500. privata licet auctoritate, jam corpus aliquod Legum publicarum editum ſub titulo,* Des heiligen Römiſchen Reichs Unterhaltung / *Reformationem Friderici III. Conſtitutionem Wormatienſem de P. P.* die Handhabung *ejusdem, Conſtitutionem* von dem Reichs-Pfenning / *Conſtitutionem* über die Gottes-Läſter / die Handlung des Reichs-Tags zu Augſpurg *A. 1500.* die Reichs-Regiments-Ordnung & den Abſchied zu Augſpurg *continens. Quam autem, Spiræ A. 1527. typis deſcriptam, collectionum primam memorat* Mauritius *de* Receſſ. Imp. *§. 36. auſpiciis publicis,* auff Befehl Käyſerl. Maj. Stadt-Halters und Regiments *inſtitutam fuiſſe, ex inſcriptione apparet. Quam ſecutis deinde Editionibus Moguntinis annorum 1548. 1552. 1559. 1567. 1599. 1607. 1614. 1615. 1621. 1642. & 1660. eodem loco a* Mauritio *enumeratis*, A. 1692. editio Moguntina noviſſima, *atque* Corpus Conſtitutionum Imperialium *a Cæſ. Conſiliario Imperiali Aulico*, Frantz Friederichen Frey-und Edlen Herren von Andler/ *iterata editione Francofurti ad Mœnum A. 1700. publicatum, nunc acceſſerunt.*

(*b*) *Et* imperfectionem *§. 36.* (*add.* Limn. *tom. 4. ad L. 9. c. 1. n. 225.*) *& menda tam veterum, quam poſteriorum editionum, §. 37. ac ſpecialiter novioris illius, qua Moguntiæ A. 1660. prodiit, §. 38.* Mauritius *perſtringit. Qui, ad imperfectionem quod attinet, in dubium tamen enumerationem eam 29. Imperii Conventuum ab A. 1356. quo Bulla Aurea promulgata, uſque ad A. 1507. habitorum vocans, cujus* Limnæum *olim* Georg. Chriſtoph. Waltherus *admonuerat, a* Dattio *L. 1.* rer. Germ. *c. 22. n. 7. p. 154. dubii ſine ſolida ratione moti convincitur.*

*Sane ultra an. 1442. quo publicatam Reformationem Friderici III. Francofurtenſem Aureæ ſtatim Bullæ ſubnecti legimus, ſi Bullam Auream hanc excipias, Collectiones illas vulgatas haud adſurgere, in aperto eſt; & Anno demum 1495. promulgata Ordinatio Cameralis Reformationem, quam dixi, Fridericianam excipit.* Quæ Mauritio *vita jam defuncto tam Cæſaris, quam Electoris Moguntini juſſum & conſenſum præferens,* Moguntiæ A. 1692. editio prodiit, *Auream Caroli IV. Bullam, quam præcedens editio A. 1660.* juxta verum originale, *neſcio quod, collatam denuo & emendatam oſtentat, ſecundum Goldaſti exactius exemplum,* cum tribus, *ut ad marginem ejus, tom. 1.* Conſtitut. Imper. *p. 352. ille prædicat,* originalibus, aurea bulla ſigillatis, Bohemico, Palatino & Francofurdiano, & uno veteri MS. chartaceo *collatum, exhibet, ſubjectis, in inferiori foliorum parte, variis lectionibus; Germanicum vero ex priori illa Moguntina expreſſum exemplar aliquoties ex Latino correctum profitetur. In quo ut laudabilis hactenus induſtriæ ſpecimen, ſtudiumque editor prodit, ita, quantum ad Latina Aureæ Bullæ exempla attinet, laudatam a nobis* ſupra *§. 5. lit. b. p. 8. editionem ex autographo Francofurtenſi Thulemarianam, poſt recenſitas tom. 2.* Inſtit. Jur. Publ. *tit. 19. §. 7. complures alias, ſine tamen in iis Goldaſtinæ illius, de qua paulo antea, mentione, ut fidelem atque accuratiſſimam, in* Inſtitutionibus *iſtis A. 1696. Argentorati evulgatis ſecutus fuit ac jure merito id a ſe factum monuit* Schilterus, *& Germanicum, (qua vernacula nobis lingua typis impreſſas editiones §. 6. dict. tit. 19. enarrat) textum ex Codice MS. optimæ notæ ex Bibliotheca Hortlederiana a Pruſchenkio de Lindenhoven ſibi donato,* tit. *illo 19. p. 195. & ſeqq. adjecit. Ipſarum Imperii Conſtitutionum ac Receſſuum,*

*præter Tranſactionem Paſſavienſem* (*vid. ſup.* §. 5. *lit. c.*) *p.* 535. *inſertam, nihil quidquam a Moguntina A.* 1692. *iis, quæ, quive proxime antecedenti jam continentur, additum deprehendo. & habentur in utraque illarum præter Conſtitutiones ac Receſſus antea ſuis commemoratos locis*, Receſſus Imperii, *qui ſpeciatim eo nomine inſigniuntur, ſequentes*: Auguſtanus *A.* 1500. Auguſtanus *A.* 1510. Trevirenſis ac Colonienſis *A.* 1512. Auguſtanus *A.* 1518. Wormatienſis *A.* 1521. Norimbergenſis *A.* 1522. Norimbergenſis *A.* 1524. Spirenſis *A.* 1525. Spirenſis *A.* 1526. Eslingenſis *A.* 1526. Reginoburgenſis *A.* 1527. Spirenſis *A.* 1529. Auguſtanus *A.* 1530. Reginoburgenſis *A.* 1532. Reginoburgenſis *A.* 1541. Spirenſis *A.* 1542. Norimbergenſis *A.* 1542. Norimbergenſis *A.* 1543. Spirenſis *A.* 1544. Wormatienſis *A.* 1545. Reginoburgenſis *A.* 1546. Auguſtanus *A.* 1548. Auguſtanus *A.* 1551. Auguſtanus *A.* 1555. Reginoburgenſis *A.* 1557. Auguſtanus *A.* 1559. Auguſtanus *A.* 1566. Reginoburgenſis *A.* 1567. Francofurtenſis *A.* 1569. Spirenſis *A.* 1570. Reginoburgenſis *A.* 1576. Auguſtanus *A.* 1582. Reginoburgenſis *A.* 1594. Reginoburgenſis *A.* 1598. Reginoburgenſis *A.* 1603. Reginoburgenſis *A.* 1613. Reginoburgenſis *A.* 1641. & Reginoburgenſis *A.* 1654. *Melioris, de qua novior A.* 1692. *gloriatur, quoad titulos & paragraphos, diſtinctionis ſpecimen* ſupra §. 5. *lit. m. p.* 29. *a nobis annotata ſuppeditant; & in correctis mendoſis paragraphorum numeris exemplum aliud* Receſſus Deputationis *A.* 1600. *in paragraphis poſt* 70. Da ein Procurator. *ſequentibus præbet. Emendata alicubi editionis præcedentis vitia, minora præſertim ac typographica; & in eo etiam huic altera antiſtat, quod Imperii, quos exhibet, Receſſuum, Conſtitutionumque catalogum, & nova amplioraq; iiſdem*

*iiſdem ſingulis ſummaria præmiſerit, etiam indice quodam ſpeciali in Receſſum Imperii A. 1654. auctior; ſed recognitionem, correctionemque longe accuratiorem & cum aliis exemplis vetuſtioribus collationem res deſiderabat; tantumque abeſt, ut prioris nævos editio A. 1692. omnes ſuſtulerit, ut mendis ipſa etiam novis ſcateat. Elucet incuria editoris non exigua vel ex ipſo catalogo ſive* elencho, *ut eum vocat*, aller in dieſem Opere ſich befindlicher des Heil. Reichs-Abſchiede / *cum omiſſi illo ſint*, der Königliche Landfriede zu Worms *A. 1495. exhibitus in hoc opere p. 46.* Abſchied des Reichs-Tags zu Speyer / *A. 1570. qui p. 790. legitur, & ipſe* Receſſus Imperii noviſſimus *A. 1654. qui habetur p. 1057. una cum inſertis eidem* Inſtrumentis Pacis Weſtfalicæ; *obviuſque cuivis a pag. 244. uſque ad pag. 250. mendoſus paginarum numerus, Imperii ſubinde Receſſuum nomine inſigniti Deputationum Receſſus, & ſimilia ſaltem typothetarum errores primo fere intuitu inſpicientibus detegunt. Diſcrepat quoque in hoc ab editione A. 1660. hæc Moguntina novior, quod, cum illa Receſſui Imperii A. 1654. noviſſimo Conſtitutionem Caroli V. criminalem, huic vero Pacem Pragenſem A. 1635. ſingulas, ſicut ipſum quoque Receſſum A. 1654. ſeorſum, ſubjungat, hæc ubivis temporum ſecuta ſeriem, Carolinam Conſtitutionem illam ſecundum A. 1532. Pragenſem Pacem ſecundum A. 1635. Imperii Receſſibus, Conſtitutionibusque cæteris intermiſceat. Quorum prius ut ratione ſua fulciri poteſt, ita Pragenſis illa Cæſarem inter Ferdinandum II. & Saxoniæ Electorem Pacificatio vim & auctoritatem* einer gemeinen Reichs-Bewilligung / *de quo* §. dict. Pac. *91.* Und wann nun dieſer Frieden-Schluß / *non accepit. add.* Inſtr. Pac. Oſnabr. *art. 17. §. 3.* Contra hanc Tranſactionem. *ibi*: vel Tranſactio Pragenſis cum ſuis

appendicibus. *& vid.* Juſti Aſterii, *aliorumque de Pace Pragenſi hinc, illinc, ſcripta mutua*, Pufendorf. *L.7.* rer. Suec. *§. 71. & paſſim.* Schilter. *de* Libert. Eccleſ. Germ. *L.7. c.13. §. 2. & ſeq. cæteri. Sed nec Caroli V. juſſu conſcripta religionis ſive emendationis Eccleſiaſticæ formula, quam vulgo* Interim *vocant, ſub titulo*, Der Röm. Käyſerl. Majeſt. Erklährung/ wie es der Religion halben im Heil. Reich/ biß zu Außtrag des gemeinen Concilii, gehalten werden ſoll/ auff dem Reichs-Tag zu Augſpurg den 15. Maji im Jahr 1548. publicirt und eröfnet/und von gemeinen Ständen angenommen/ *mediis itidem Imperii Receſſibus tam in A. 1660. quam A. 1692. Moguntinis editionibus inſerta, pro Receſſu & conſtitutione Imperii allegari aut haberi poteſt. Vid.* Sleidan. *L. 20. & 21. fol. 249. & ſeqq.* Pauli Sarpii Hiſtor. Concil. Trident. *L.3. p.323. & ſeqq. alii. & add.* Inſtr. Pac. Oſnabr. *art.17. §.3.* Contra hanc Transactionem. *ibi:* aut Interimiſtica A.1548. *Quem, in tanto eorum, quos conquiri & addi hactenus omiſſos intererat, Imperii Receſſuum, conſtitutionumq; defectu, non accenſenda iiſdem inſerendi nævum recte obſervavit, reprehenditque etiam* Mauritius *de* Receſſ. Imp. *§.36. in fine. In* Corpore Conſtitutionum Imperialium Andleriano, *primove illius tomo (ſecundus enim in primum notas continet) nonnulla quidem, quæ in Moguntinis Collectionibus non habentur, inſerta ſunt, ſed paſſim illa & alibi ac vulgo obvia, atque ordine omnia alphabetico, magis fere ad ſublevandam eorum ignaviam, qui accuratiori Imperii Receſſuum evolutioni non adſuevere, quam peritiores ſufficienti præſidio inſtruendos, accommodato, non integra & plena ſerie, adjunctisque etiam ad primum eundem tomum, ut §.* præc. *12. ad lit. d. jam annotavimus, quibuſdam* vel

*vel omnino ſuperfluis, & quæ jura ac res Imperii noſtri, ne contingant quidem.* Melchioris Goldaſti Haiminsfeldii *in perquirendis, publicandiſque Germaniæ monumentis nobili, nec infructuoſæ, induſtriæ plures* Conſtitutionum Imperialium *debemus tomos; quos, editionesque illorum hic recenſere ſupervacuum fuerit, poſtquam a conſobrino noſtro,* Hermanno Diterico Meibomio, *Hiſtoriarum juxta ac Juris doctrina perpolito, in* ad orat. *de* genuin. Hiſtor. Germ. font. *erudite* annotatis, *p. 45. & ſeq. ſub. lit. h. diligenter de illis actum eſt. Cui quod adjiciam, non habeo, niſi quod in mea tomi 2. A. 1609. typis excuſi editione locum poni Hanoviam, tomumque eorum, qui Francofurti A. 1673. recuſi, primum, A. 1615. eopſe loco typis ita impreſſum video, volumen autem Conſtitutionum vernacula publicatarum lingua,* Reichs-Satzungen/ *repertu rarius deprehendi. Sed non ſolum mancæ admodum Goldaſtinæ illæ Collectiones ſunt, & præſertim noviores Imperii Receſſus pleroſque omnes, ne quid de noviſſimis, quorum tempora quoque ab illis anteverti in aprico eſt, dicam, fruſtra in iiſdem quæſiveris; verum etiam falſa quædam, fidei alia ambiguæ, plurima vel ad noſtrum Imperium æque non ſpectantia, vel obſoleta, miſceri, eruditis exploratum habetur, & poſt alios luculenter monuit* Mauritius *de* Receſſ. Imp. *§. 39. §. 3. in fine, & §. 4. item de* matric. Imp. *§. 12. nobiſque ipſis, pluſcula de nonnullis poſt aliqua interjecta commonendi deinceps occaſio naſcetur.* Capitularia Regũ Francorum, *adjectis in tom. 2.* Marculfi, *aliorumque veteribus formulis,* Fr. Pithœi *ad Legem Salicam & ad libros Capitularium gloſſariis,* Jacobi Sirmondi *notis ad Capitularia, & diverſi generis opuſculorum analectis,* Hieron. *item* Bignonii *notis ad librum Legis Salicæ & ad Marculfum, formulaſque*

Sir-

*Sirmondicas*, & appendice actorum veterum, *quorum in notis facta mentio*, *Pariſiis A. 1677. accuratiſſima opera edidit*, *atque propriis etiam Capitularia & Capitularium libros notis illuſtravit*, *vir reconditæ eruditionis*, Stephanus Baluzius. *At communis cum Francis Occidentalibus Reip. & Imperii vinculo connecti ante multa jam ſecula deſiimus. add.* Maurit. *de* Receſſ. Imp. §. 3. 4. & 5. *tum de modo condendi Capitularia apud Francos* Baluz. *in* præf. §. 7. & *ſeqq.* & *quantumvis etiam poſtea, quam ab illis diſſociati, Francorum leges Germani, donec ad Othones deventum, ſervaverint, add.* Conring. *de* orig. Jur. Germ. *c. 17. p. 91. & 94. & conf. p. 97. in f. inde ab ea tempeſtate tamen, ut Francorum nomen abjectum, ita Capitularium reverentiam exutam, §. 1.* præfat. ad lector. *verſ.* Quin & Germani, *ac ſeq.* Baluzius *annotat. conf. tamen §. 35. tum de interrupto apud ipſos Occidentales Francos, ſub initia tertiæ Regum ſtirpis, Capitularium uſu §. 37. & vid.* Conring. *de* Orig. Jur. Germ. *c. 19. p. 103. verſ.* Sane Capitula Anſegiſi, *& c. 25. p. 152. & 153. ubi ab Othone IV. A. 1208.* (*vid. ad eum an.* Godefridus *monachus tom. 2.* Freher. *p. 278.*) *de obſervandis juribus a Carolo M. inſtitutis in Comitiis Francofurtenſibus conſtituta non de ſcripto, ſed de conſuetudinario jure, plurimis alienis legibus per errorem in Carolinarum cenſum relatis, capienda monet.*

(c) De vetuſtioribus Gentium Germanicarum juribus, *quibus* ſcriptis *quidem* ſeculo *demum* V. *illarum aliquas cœpiſſe uti*, Conringius *c. 1. & 2. de* orig. Jur. Germ. *docet, multa addere non libet. Ex quibus* Wiſigothorum Leges, *Regisque Oſtrogothi* Theoderici, *quod ſpecialiter ita inſignitur*, Edictum, *item* Burgundionum, Salica, Alamannorum, Baiwariorum, Ripuariorum, Saxonum, Angliorum & Werinorum,

rum, (*vid.* Conring. *p. 58.*) Friſionum *ac* Longobardorum Leges *in* Codice Legum Antiquarum, *quem poſt* Baſilii Joannis Heroldi, *aliorumque labores*, Fridericus Lindenbrogius *Francofurti A. 1613. edidit, comparent.* Legem Salicam, (*vid.* Specim. 2. Notit. *noſtræ* Imp. §. *79. ſub lit. a. p. 88. & ſeq.*) in qua, *ut* Schilterus *loquitur*, genuinum jus Teutonicum quam maxime continetur, *quamque adhuc A. 1185. & 1296. apud Lugdunenſes & Friburgios in uſu*, (*Conf.* Othon. Friſing. *L. 4. Chron. c. 32.*) *at non ita multo poſt ne nomen quidem ejus vulgo notum fuiſſe*, Baluzius *in* not. *ad* Capitular. *t. 2. p. 1048. obſervat, gloſſario, aliiſque illuſtratam Antuerpiæ A. 1649. ſeorſum publicavit* Gothefridus Wendelinus; *& accurate emendata tom. 1.* Capitular. *p. 281. & ſeqq. eadem exhibetur a* Baluzio, *qui in* not. *tom. 2. p. 1048. locum* Eginhardi (*cap. 29.*) *de duabus diverſis Francorum legibus, non de duplici Salicæ legis editione cum Wendelino, ſed de Salica & Ripuaria cum Comite Nuenario & Bignonio interpretatur, idem quoque in* notis ad Eginhardum *adſtruente* Beſſelio *p. 102. Habentur apud Eund.* Baluzium *tom.* Capitular. *1.* Lex Ripuariorum *p. 29.* Alamanorum *p. 57.* Baiwariorum *p. 95. In quibus* Legem Alemannorum *reperis etiam tom. 2.* rer. Aleman. Goldaſti *p. 11. & ex veteri ac probo MS. eandem emendatam edidit*, annotationique *12.* Der zwölfften Anmerckung über Jacob von Königshofen Elſaß. und Straßb. Chronick/ (*prodiit ea Argentorati A. 1698.*) *p. 623. inſeruit*, (*vid. annot. illa* §. *7. p. 607. &* §. *27. p. 622.*) *addita etiam interpretatione Germanica* dieſes alten *Alemanniſchen* Rechts *p. 653.* Leges Longobardorum *leguntur quoque ap.* Goldaſtum *in* Collect. Conſuetud. & Leg. Imper. *p. 11. & ſeqq. edit. Francof. 1674. quibuſcum quæ conferre poſſis,*

*habes aliqua ap.* Baluz. *tom. 2. p. 317. & ſeqq.* Leges Anglo-Saxonum *poſt* Guil. Lambardum *Cantabrigiæ A. 1644. edidit* Abrah. Whelocus. *Erudite peculiari libro, quem laudavi jam aliquoties*, Juris Germanici originem *explicavit* Conringius; *ubi primum omnium* cap. 3. *de* Wiſigothorum, *cæteros olim Populos Germanicos morum cultura ſuperantium*, *agit* legibus, *earumque* Codice *perquam nobili*, *quem*, *præeunte* C. Sollio Apollinari Sidonio *L. 2. ep. 1. ibiq;* Jo. Savarone *in* commentar. *p. 96.* Theodericianum *vocans* Schilterus (*in* epiſt. *qua* praxin Jur. Rom. *Seckendorfio dedicavit*) *diverſi prorſus a* Codice Alariciano *genii*, (*vid.* Conring. *p. 6. &* Schilt. *d. l.*) antiquum Juris Teutonici promum condum *laudat*, *& unde plurima non ſolum in Capitularia Caroli M. adſumpta*, *ſed qui juris etiam fons Hiſpanici*, (Grot. *in* proleg. *ad* Hiſt. Goth. *p. 64.*) Forum Judicum, Fuero Juzgo, *Hiſpanis appellatus*, *uberrimis* Alphonſi a Villadiego *commentariis illuſtratus Madriti A. 1600. prodiit. Vid.* Baluz. *ad* Ant. Auguſtin. *de* emend. Grat. *p. 704. & ſeq. tum inprimis* Gerard. Erneſt. de Frankenau *ſect. 1.* Arcanor. Themid. Hiſpanicæ. *Poſtea* Cap. 4. *de* Oſtrogothicis, cap. 5. *de* Gothorum, *Scandinaviæ incolarum*, cap. 6. *de* Burgundionum *Legibus* Conringius *differit.* (Lex *Burgundionum* Gundebada, *corrupte* Combata, *unde Gundebodingi. Vid.* Capitulare Caroli M. *de* juſtitiis faciendis ex Lege Salica, Rom. & Gundobada, *ap.* Baluz. *tom. 1. p. 505. & not.* Sirmond. *p. 754.* Baluz. *p. 1074. tom. 2.*) Cap. 7. *de* Lege *Francorum* Salica, *tum de Legibus* Alemannicis & Bajoaricis *eorundem* cap. 9. *& de* Ripuariis (*vid.* Baluz. *in* not. *ad* Capitular. *p. 989.*) cap. 10. *hinc* de Regum Langobardorum *Legibus* cap. 11. *a* Conringio

*actum.*

*actum.* *Quoad* Franciſcos Cæſares, *de* Caroli M. *ad* Leges Salicas, Bajoaricas, (*vid.* Capitular. *tom. 1.* Baluz. *p. 207.*) & Langobardicas, (*vid.* ibid. *p. 345. & ſeqq.*) additamentis *agit cap. 12. de* Saxonum (*vid.* Præceptum de inſtitutione Epiſcopatuum per Saxoniam, *A. 789. aliaque*, *in* Capitular. *tom. 1.* Baluz. *p. 246. & ſeqq. p. 275. & quoad* præceptum pro Trutmanno Comite, *p. 249. conf.* Meibom. Introd. ad Hiſtor. Saxon. Infer. *p. 25. & ſeqq.*) Friſiorum & Thuringorum *legibus juſſu Caroli M. conſcriptis* cap. 13. *de* Capitularibus *ejus civilibus & Eccleſiaſticis* cap. 14. *de* Ludovici Pii *legibus*, (*Vid.* Capitular. *a* Baluzio *edita tom. 1. p. 549. & ſeqq.*) & *de* collectione legum Caroli M. & Ludovici Pii *per* Abbatem Anſegiſum *A. 827. de qua, inſtar publici quondam Legum Francicarum Codicis recepta* Baluzius *in* præfat. *ad* Capitular. *§. 39. & ſeqq. nec non*, (*circa A. 845.*) Benedicti Levitæ Moguntini, (*add.* Baluz. præfat. *§. 44. & ſeqq.*) cap. *15. quam Benedicti hujus collectionem non minus in Regno Germaniæ, quam apud Occidentales Francos ante A. 858. receptam fuiſſe*, Baluzius *§. 46. docet, ipſe tom. 1. p. 697. & ſeqq. Capitularium illos Caroli M. & Ludovici Pii libros VII. ab Anſegiſo Abbate & Benedicto Levita collectos, adjectis itidem p. 1133. & ſeqq. quatuor additionibus, exhibens. Rationem legum per Germaniam* a Ludovico Pio *uſque* ad Othonem M. *deinceps* cap. *17.* Conringius *exponit*; *ubi ea, quæ communi trium fratrum, Lotharii, Ludovici & Caroli conſenſu* apud Theodonis Villam (*An. id 845. factum*) conſtituta *Germaniam quoque obſtrinxiſſe annotat*, *in* Capitular. Baluz. *tom. 2. p. 7. & quæ* apud Marſnam, (*A. 847. & 851.*) *p. 41. & ſeqq. reperiuntur. Addi his poſſunt* in Baſilica S. Caſtoris apud Confluentes

entes *A. 860.* acta *eod. tom. 2. p. 137. quæ ſub nomine* Conſtitutionis de Pace Confluentana *p. 14.* Statutor. Imperial. *A. 1607. editor. & ſub nomine* Receſſus Comitiorum Confluentanorum de Pace Publica *tom. 1.* Conſtit. Imper. *edit. Francof. A. 1615. & 1673. p. 192. ap.* Goldaſtum *exhibentur, etiam alia nonnulla* Ludovici Regis, *ſub quo Germania, poſt Ludovici Pii mortem, ſeorſum regnari cœpit, adferentem, quæ ſine cenſura* Conringius *p. 89. dimittens, relatas tamen deinde* Caroli Craſſi *ab eodem Goldaſto Leges Carolo huic minime deberi, annotat; inprimis nobilem illam ac* Freheri *etiam docto commentario illuſtratam* de Expeditione Rom. conſtitutionem, *a* Bœclero *quoque L. 15.* Notit. Imper. *c. 2. pro genuina non habitam pluribus convellit. de qua add.* Obrecht. *de* Expedit. Rom. *diſſert. 24. §. 5. & ſeqq. ac præſertim §. 9. & conf.* Schilter. *ad* Jus Feud. Alemann. *c. 8. §. 10. & ſeqq. p. 98. & ſeqq. qui Conrado Salico eam Conſtitutionem adſcribit. Quas* Arnolpho, *itemque* Henrico Aucupi *Leges tribuit* Goldaſtus, *ex lectione hiſtoriarum illius ævi confictas, p. 90.* Conringius *monet; (add. de poſterioribus* Bœclerus *de reb. Sec. X. p. 258. & ſeqq.) atque idem etiam de lege* Othonis M. *de æquali, quoad avita, nepotum cum patruis ſucceſſione judicium p. 100. promit. cæteras cum* Othonum *omnium, (conf.* Bœcler. *de* reb. ſec. X. *p. 324. & ſeq. p. 358. p. 370.) tum* aliorum ejus ævi Imperatorum *nominibus a* Goldaſto *inſcriptas leges ſuſpectæ admodum fidei coarguens, ipſe tamen* duas Othonis M. Leges *Helmeſtadienſi Reginonis de Diſciplina Eccleſiaſtica editioni ex Codice Moguntino additas p. 101. profert.* Cap. *19. ad ſequentia tempora progreſſus, nihil hodie Germanicarum Legum* ab Othonis ſucceſſoribus (*conf. tamen* Stirn. Nomotheſ.

motheſ. *tit.* 11. *§.* 2. *p.* 294. *& ſeq. & §.* 5. *p.* 307.) uſque ad Lotharium Saxonem *memorari tradit, nec inelegans inde argumentum ſumit, quod vel diligenter, quæ in Comitiis conſtituta, ſcripto non conſignata, vel minus religioſe, & non niſi ad breve tempus, obſervata fuerint.* Cap. 24. *p.* 147. loca Abbatis Urſpergenſis *de more Teutonicorum ſine lege & ratione voluntatem ſuam pro ratione ſtatuentium,* (*exſtat hic locus p.* 227. *in edit. Argent.* 1609.) *& de conſtitutione* (*A.* 1187.) Friderici I. *de pace,* (*exſtat iſte locus ap.* Urſperg. *p.* 230.) *quam* Friedebrieff (*add.* Datt. *L.* 1. de Pac. Publ. *c.* 3. *n.* 68. *& ſeqq.*) *Alemanni, aliis legibus, tanquam gens agreſtis & indomita, haud uſi, vocaverint, producit, &, quod pauca admodum tam Friderici hujus, quam* Henrici VI. *atque* Othonis IV. *cum alibi legantur, tum in libros Juris Saxonici & Suevici, nec non Magdeburgenſis Weichbildici tranſierint,* cap. 25. *p.* 152. *monet. Conſtitutiones nonnullas, etſi non adeo multas,* a Friderico II. uſque ad Fridericum III. *latas, ab Goldaſto editas, idem, qui Goldaſti in fingendo licentiam ſæpenumero* (*ut* cap. 7. *p.* 27. *& ſeq.* cap. 18. *p.* 99. *& alibi*) *reprehendit, æquus tamen & de reliquo cenſor,* (*conf.* cap. 21. *p.* 124. *& ſeq. lin. ult.*) Conringius cap. 27. *p.* 161. *laudat, ubi circa* conſtitutionem Friderici II. *in Comitiis Moguntinis A.* 1235. (*vid.* Alber. Chron. *p.* 556. *verſ.* In octava. *&* Godefr. Monach. *ad A.* 1235. *§.* Curia.) *publicatam, quam Baſileæ in forma* 8. *excuſam ad Godefr. Mon. in marg. annotavit* Freherus, *& etiam* Statutis & Reſcriptis Imperial. *A.* 1607. *editis, p.* 80. *ad A.* 1236. *relatam* Goldaſtus *inſeruit, jura tunc recepta ſtabilientem, tanquam omnium primam, quæ Germanice conſcripta prodierit, notabilia quædam ſubjicit; quibuscum conferas tamen licet, quæ in* præf. *ad* Jus Feud. Aleman. *§.* 9. *& tom.* 2. Inſtit. Jur. Publ.

*tit. 19. p. 267. & ſeqq.* ad A. B. *§. 1. & ſeqq. diſputavit* Schilterus, *ubi §. 3. p. 269. Godefridum Monachum S. Pantaleonis cum Gotfrido Viterbienſi a viro tam eximie in re etiam hiſtorica verſato nimis evidenti errore confuſum nollem. Antiquiorem quandam Friderici II. & Principum Germaniæ conſtitutionem, in Comitiis Francofurtenſibus A. 1234. promulgatam, refert* Albericus *monachus Trium Fontium in* Chronico, *Hannoveræ A. 1698. cura optime de publico meriti, merentisque* God. Guil. Leibnitii *e MS.ptis edito, p. 548. (conf.* Datt. *L. 1. de* Pac. Publ. *c. 4. n. 10. & ſeqq.) publicavitque etiam ex* Friderici II. *conſtitutionibus communicatas ſibi ab illuſtri* Obrechto *duas valde memorabiles, allegatus a nobis modo* Schilterus *tom. 2.* Inſtit. Jur. Publ. *unam A. 1220.* de juribus Principum Eccleſ. *tit. 15. alteram A. 1232.* de juribus Statuum, inſtar *ut p. 117. doctiſſimus editor loquitur*, Capitulationis cujuſdam Cæſareæ ſubſequentis electionem (*Filii Henrici*) in favorem ſolorum Principum Eccleſiaſticorum, *tit. 16. Conf. de variis Friderici II. conſtitutionibus in volumine Germanico A. 1481. exarato* Lambecius *Lib. 2. de* Biblioth. Cæſ. Vindobon. *c. 8. p. 834. Privilegium Regis* Conradi *A. 1234. Judæis conceſſum, quod apud* Goldaſtum *tom. 2.* Conſtit. Imp. *p. 85. legitur, adfert etiam* Leibnitius *in prodr.* Cod. J. G. diplom. *N. 12. p. 10. Ex* Rudolphi I. *conſtitutionibus, præter eam, cujus Aventinus & Cruſius mentionem faciunt, typis hactenus non editam, nec omni ex parte obſervatam,* qua *Principum & Pontificum edicta ac privilegia, literaſque ab notariis contractuum* Germanice ſcribi juſſerit, *p. 162. memorabilem* aliam, Spiræ *A. 1291.* promulgatam, *quæ apud* Lehmannum *L. 5.* Chron. Spir. *c. 108. legitur, inter cætera, ut ſecundum leges & conſuetudines cuivis loco pro-*

*proprias*, als des Landes Sitt und Gewonheit iſt/ *judicetur*, *præcipiens*, *&* *unde etiam ſcripto circa ea tempora in foris agi cœptum*, *colligit*, *p. 163.* Conringius *ſpeciatim tangit*, *&*, *cujus authenticum in membrana exemplar ipſe Bibliothecæ optimi Principis Auguſti Wolfenbüttelii conſecravit*, *vetuſtiorem illa* Moguntiacenſem *A. 1281. pluries poſtea repetitam*, *de pace civili*, *pag. ead. & ſeq. 164. add.* Datt. *L. 1. c. 5. Conſtitutionem* Adolphi *in Curia Norimbergenſi A. 1293. promulgatam*, de inſulis Rheni *& diverſis aliis capitulis*, *commentario illuſtravit* Marquard. Freherus, *& ſecundum editionem Heidelbergenſem recuſa in* Repræſentatione Reip. Germanicæ *Noribergæ A. 1657. edita legitur p. 620.* Henrici VII. *conſtitutionis*, quomodo in crimine læſæ majeſtatis procedatur, *commentario* Bartoli *illuſtratæ* Lambecius *meminit L. 2. de* Biblioth. Cæſ. Vindob. *c. 8. p. 835. Adfert ab hoc Cæſare profecta* Goldaſtus *inprimis tom. 1.* Conſtit. Imp. *p. 318. & ſeqq. Legem nobiliſſimam* Ludovici Bavari de jure Imperii *ſive juriſdictione Cæſaris & Pontificis*, *in Conventu Francofurtenſi*, *A. 1338. promulgatam*, (*add.* Albert. Argentin. *ad A. 1338.*) *quæ*, *ut recte p. 166.* Conringius *arbitratur*, *haud minore*, *quam Aurea Caroli IV. Bulla*, *pretio æſtimari merebatur*, *in* Codicem Juris Gentium, *part. 1. p. 148. retulit* Leibnitius; *&* Annalibus *eadem* Henr. Rebdorfii *ad A. 1339. a* Frehero *adjecta legitur p. 426. & ſeq. una cum eodem pertinente epiſtola Electorum ad Papam Benedictum XI. pariter a* Leibnitio *p. 149. N. 77. addita. Apud* Goldaſtum *tom. 1.* Conſtit. Imper. *p. 337. pro Franc furto locus Colonia & annus 1339. ponuntur. Sed in eo tomo*, *qui A. 1607. prodiit*, *p. 99. itidem Francofurtum & A. 1338. habentur. Conf. tom. 3.* Conſt. Imp. *p. 411. Reſcriptum*

illud Electorum ap. Goldaſt. reperis p.335. tom. 1. ubi p.324. & ſeqq. item tom. 2. p. 86. & ſeqq. & tom.3. p. 409. & ſeqq. pluſcula Ludovici IV. profert. Memorabilis exempli diplomata & illuſtres formulas tam divortii inter Joannem filium Regis Bohemiæ & Margaretham Ducem Carinthiæ, quam diſpenſationis ſuper affinitate conſanguinitatis inter Ludovicum Marchionem Brandenburgicum & Ducem illam itidem a Ludovico Bavaro factæ, quæ tom. 2. p. 87. & ſeq. Goldaſtus produxit, (add. & tom. 1. p. 337.) idem, qui & ſeorſum eas edidit, Freherus tom. 1. p. 430. & ſeq. ac noviſſime ex diverſo MS. publicavit Leibnitius d. part. 1. p. 154. & 156. Conf. Herm. Diter. Meibomii noſtri diſſert. de Principum in diſpenſando poteſtate, §. 26. Eorum, quæ ad Carolum IV. pertinent, tom. Conſt. Imp. 1. p. 342. & ſeqq. tom. 2. p. 92. & ſeq. & tom. 3. p. 415. ab Goldaſto relatorum pleraque ſpecialia fere ſunt, ut quæ ad Bohemiæ Regnum pertinent, quæ & plura hujus generis in appendice commentariorum de juribus ac privilegiis Regni Bohemiæ ejuſd. Goldaſti & in Bohuslai Balbini dec. 1. lib. 8. epiſtol. vol. 1. miſcellan. Hiſtor. Regn. Bohem. reperies, decretum de jure & ſucceſſione Elector. Palatinor. A. 1356. p. 350. Bulla de jure & ſucceſſione Electorum Saxoniæ A. 1376. p. 372. aliaque. Wenceslai nomotheſiæ non immoror, cujus ſpecimina tamen itidem tom. 1. Conſtit. Imp. p. 375. & 378. & tom. 2. p. 96. Goldaſtus adfert. Ruperti conſtitutio de Vicariatu Imperii Germanici in abſentia Imperatoris tom. 1. p. 380. ap. Eund. exſtat. Sigiſmundi, quam poſt alia hujus Cæſaris tom. 1. p. 398. repræſentat, Bullam de jure & ſucceſſione Electorum Palatinorum A. 1434. cum Marq. Freheri notis in Repræſent. S. R. I. p. 555. invenire licet. Alberti II. conſtitutio de IV. ut inſcribere

eam

*eam placuit*, Circulis Imperii & aliis Capitulis *in Comitiis A. 1437. ex Archivo Reip. Argentor. tom. 2.* Inſt. Jur. Publ. *tit. 19. p. 339. edidit* Schilterus, *cui debentur etiam ex publice, Friderico III. imperante, actis prolata* eod. tomo *in lucem, quæ ſubjicio*: Der Türcken halb Abſchied zu Wien *A. 1460. p. 106.* Abſchied zu Nürenberg der Türcken halb *1466. p. 154.* Abſchied zu Nürenberg A. 1467. in den Sachen des Chriſtenlichen Zugs wider die Türcken *p. 179. &* Reichs-Tags-Acta zu Nürenberg A. 1487. *poſt pag. 240. p. 1. nec a* Dattio *L. 5.* de Pac. Publ. *in communes uſus edita præterire volui, quæ ſequuntur*: Handlung und Abſchied des Königl. Tags zu Worms *A. 1495.* cap. *7. p. 825.* Abſchied des Königl. Tags *A. 1497.* zu Lindau cap. *8. p. 892.* Abſchied des Königl. Tags *A. 1497.* zu Worms / cap. *9. p. 898.* Abſchied des Reichs-Tags zu Freyburg im Breißgau *A. 1498.* cap. *10. p. 901.* und Werburg von der Königl. Majeſt. wegen an die Reichs-Verſamlung zu Freyburg A. 1498. durch die Königl. Räth geſchehē / cap. *11. p. 919. Eſt autem notabilis admodum* cap. *27. de O. J. G. p. 164. & 160. ac ſeq. obſervatio* Conringii, *præter Auream Bullam, quæ propter inſignem uſum in magna veneratione ſemper habita fuerit, reliquarum omnium ad Maximiliani uſque I. tempora promulgatarum conſtitutionum Imperii publicarum memoriam pene exſtinctam, tum quod, typographiæ arte nondum inventa, ad paucos tantum pervenire Imperii decreta potuerint, tum quod, magis, magiſque, indies collabaſcente Cæſarum auctoritate, ac Rep. in partes abeunte, parum roboris conſtitutionibus illis ſuperfuerit, adeoque a pauciſſimis data opera ſit illis comparandis aut cognoſcendis. Quam Conringii obſervationem, & quæ de vetuſtioribus Cæſarum conſtitutionibus ſummatim hactenus attigimus, ſimulque*

*immutatam paulatim magis, magiſque, apud Germanos juris conditionem, & prævaleſcentem denique Romanarum legum auctoritatem, accuratius aliquis conſiderans haud tantopere fortaſſis mirabitur, quod poſt Auream illam Caroli IV. Bullam, &, quæ longo poſt intervallo A. 1442. publicata, Reformationem Friderici III. Francofurtenſem, a temporibus demum Maximiliani I. & Ordinatione Camerali Wormatienſi A. 1495. vulgati Receſſuum Imperii Codices auſpicentur; maxime cum ab iſtis temporibus, ut adpoſite* Dattius *L. 5.* de Pac. Publ. *c. 7. n. 2. annotat, etiam nova, quæ nunc cernantur, ſtatus publici lineamenta duci cœpiſſe, viri doctiſſimi exiſtiment, & inde a regimine Friderici III. & Maximiliani I. Cæſarum veluti ſolennem quandam epocham ordiantur. Conf.* Culpiſ. *Diſſert. 3. quæ eſt* de placit. Ord. Imp. *§§. 10. p. 96. & ſeq. Equidem deliteſcere forſitan cum alibi, tum in Moguntinis ac Vindobonenſibus tabulariis plures hactenus luce non donatas Cæſarum & Imperii Conſtitutiones, dubio forte caret, &* Conringio *quoque c. 27. de* O. I. G. *p. 160. pro indubitato habitum. Quibus adeo ſi in lucem protrahantur, non minus, quam vetuſtioribus ſanctionibus aliis jam publicatis, quæ genuinæ ſunt, maxime in Jure Publico & nobilioribus controverſiis, modo recte aliquis uti ſciat, ſuus pro re nata uſus haud defuerit. Nam quod omnem nonnulli in Receſſuum Imperii vulgatos Codices non relatis Cæſarũ conſtitutionibus auctoritatem detrahunt, ut crudum nimis, bene hactenus a* Schiltero *ad* exerc. *4.* in Pandect. §. *19.* in not. *ſub lit. b. refellitur. add.* Deckherr. *tit. 2.* Vindic. Jur. Cam. *cap. 2. n. 6. & ſeqq. p. 17. Nec ſimpliciter impugno, quod in* diſſertatione epiſtolica *de* Germanicarum legum Veterum ac Rom. Juris in Rep. noſtra origine, auctoritateque præſenti, *ſub ficto nomine* Conradi Sinceri

*A.*

*A. 1682. typis excuſa, nunc ipſius cæteris* diſſertationibus Academicis *in unum volumen collectis & Argentorati hoc A. 1705. conjunctim editis, p. 352.* num. *10. inſerta,* Culpiſius *p. 361. inter alia adſtruit, ideo, quod in Archivis & tabulariis reperiantur, auctoritatem legibus haud denegandam eſſe. Sed in ea, quam quaſi digito commonſtravi, rei, juriſque Germanici commutatione, & vel nulla, vel inſtabili legum, ſanctionumque obſervantia, pro vetuſtiorum illarum conſtitutionum uſu tantopere niti, ſolido, quantum ego opinor, fundamento, ſine multa utique cautione, non licet. & vel ipſe, quem pro ſe Culpiſius allegat,* Maſcardus *in fine* Concluſ. *1275. ibi*: ſecus ſi conſtaret, a principio non fuiſſe uſu recepta, *generalius præmiſſa temperat. Quæ autem ex hiſtoria opinioni ſuæ ſtabiliendæ idem ille* Sincerus *ſeu* Culpiſius *adducit, rem non conficere, accuratius omnia ponderantibus haud difficile forſitan apparebit. add.* Rachel. *cap. 10.* Introduct. *ad* Jus Publ. Germ. *p. 62. verſ.* Harum maximam partem. *& pag. ſeq. 63. verſ.* Ex omnium vero. *& ſeqq. Conf. item, ſi lubet,* Lynckerum *in* comment. ad tit. Dig. *de* orig. jur. *§. 12. p. 49. ibi*: quoniam multa ex iſto veteri Germ. jure ſublata vel obliterata ſunt. *& verſ.* Cæterum a temporibus. *& ſeqq. ubi in fine §. p. 50.* Codicem Receſſuum Imperii, ceu Corporis Juſtinianei continuationem, *habendum putat.*

XIV. *Privilegia (a)*, a ſolo (*b*) indulta Cæſare, modo (*c*) legibus Imperii publicis, Ordinumque juribus haud officiant, & (*d*) in quantum per Leges Regias jus in ea re Cæſareum haud circumſcriptum eſt, attendi (*e*) in judicando debent.

(*a*) *Vid.* ſupra §. 2. *junct.* §. 3. *unde, quo ſenſu, ad jura Imperii univerſe talia, etiam privilegia, ſenſu alio ſingularibus accenſenda juribus, hic retulerim, apparet.*

(*b*) *Salvum hoc jus hodieque Cæſari.* Rec. Imp. *A. 1654.* §. Und ſtehet dieſem nechſt. *115. ibi:* bey Uns / als Römiſchen Käyſer / von deme dieſe und andere dergleichen Begnadigungen herrühren. Capitul. Joſeph. *art. 43. ibi:* ſamt andern Reichs-Freyheiten und privilegien, welche Wir unter dem titul und Nahmen eines Röm. Königs oder Käyſers ertheilen werden. *& art. 44. ibi:* Käyſerl. conceſſiones der Privilegien, Stands-Erhöhungen und anderer Gnaden.

(*c*) Capit. Joſeph. *art. 3. ibi:* niemanden einig Privilegium dawider ertheilen / und da einige vor oder bey vorgeweſenem 30. Jährigem Krieg dawider ertheilet worden währen / ſo im Frieden-Schluß nicht gut geheißen / oder approbirt worden / dieſelbe gäntzlich caſſiren und annulliren / auch hiemit caſſirt und annullirt haben. *& verſic. ult.* Geſtalten Wir auch alle und jede dagegen / und ſonſten contra jus tertii, und ehe derſelbig darüber vernommen / hiebevor ſub & obreptitie erhaltene Privilegia & Exemptiones ſammt allen derſelben clauſulen / declarationen / und Beſtättigungen / wie auch alle darauff und denen Reichs-Satzungen zuwider an Unſerm Käyſerl. Reichs-Hoffrath oder Cammer-Gericht wider die Lands-Fürſten und Obrigkeiten / ohne deroſelben vorhero Schrifftlich begehrten und vernommenen Bericht / ertheilte proceſſus, mandata & decreta, prævia ſummaria cauſæ cognitione vor null und nichtig erklähren / und dieſelbe caſſiren und auffheben ſollen und wollen. *it. art. 43. fere in fine, ibi:* dem Juri Territoriali nicht nachtheilig.

(*d*)

(*d*) *ut* Capit. Joſeph. *dict.* art. 3. & 43. art. 8. & 9. art. 19. *ibi:* Keines weges jemanden einige privilegia auff monopolia ertheilen / ſondern / da auch dergleichen erhalten / dieſelbe vielmehr / als den Reichs-Satz- und Ordnungen zuwider / widerum abthun und auffheben. art. 20. *ubi de vectigalibus.* (*add.* art. 24.) *art.* 33. *ubi* von Müntz-Freyheiten. *quibus addi omnino debent, quæ & præcedentibus Capitulationibus cauta ſunt*, Cap. Joſeph. *art.* 20. *ibi*: Doch ſoll denjenigen Privilegien, welche von weiland denen vorgeweſenen Röm. Königen oder Käyſern zur Zeit / da der Churfürſten conſens per pacta & capitulationes noch nicht alſo eingeführt / oder nöhtig geweſen / rechtmäſſig erlangt / hiedurch nichts præjudicirt oder benommen / ſondern &c.

(*e*) Ordin. Cam. *p.* 2. *tit.* 29. §. Wo auch die Untergericht mit ſondern rechtmäſſigen Privilegien. Reichs-Hoffr. Ordn. Ferdin. III. *tit.* 1. §. 16. *ibi*: Sonderlich die gebührlich allegirte und probirte Privilegia, & *tit. ult. fere in fine*, §. So ſollen auch. *ibi*: der Stände Privilegia. Rec. Imp. *A.* 1654. §. Was dann Churfürſten. 168. *ibi:* ſolche Privilegia allezeit gnädigſt beobachtet / daſſelbe auch weiters zu thun vorermeldtem Unſerm Reichs-Hoff-Rath ernſtlich und gemeſſen eingebunden. Capit. Joſeph. *art.* 17. *ibi*: Privilegiis de non appellando, & evocando, electionis fori, dem jure Auſtregarum. & *art.* 25. Ob auch einiger Churfürſt / Fürſt oder anderer Stand. *ibi:* Freyheiten und Privilegien halber. *Idem vero, quod expreſſe conceſſis, etiam tacita Cæſarum indulgentia, uſuve legitimo, nitentibus Ordinum privilegiis robur.* Rec. Imp. *A.* 1654. §. 113. Doch mit dieſem Zuſatz. *ibi*: den Ständen des Reichs an

ihren erlangten und hergebrachten privilegiis ohne Nachtheil. Capit. Joſeph. *art. 20. verſ.* Doch ſoll denjenigen Privilegien, *ibi:* rechtmäſſig erlangt oder ſonſten ruhiglich hergebracht.

XV. De *Conſuetudinibus Imperii* (*a*) non adeo facilem eſſe quæſtionem, bene vidit Bœclerus (*b*): dari (*c*) etiam universe per Germaniam receptos mores, allgemeine durchgehende Gewonheiten / allgemeine Gebräuche (*d*), & judicari ſecundum eoſdem oportere (*e*), expeditum, ſed probatio (*f*), utique in tam vaſta Imperii compage, difficilis eſt (*g*).

(*a*) *Vid.* ſup. *§. 2. lit. b.*

(*b*) Notit. Imp. *L. 12. c. 1. §.* In quæſtione. *n. 3. add.* Rhet. *L. 1.* Jur. Publ. *tit. 1. §. 16. ubi hunc juris patrii locum adhuc valde incultum eſſe, dignumque omnino, qui diligentius excolatur, rectiſſime annotat.* Collectio Conſuetudinum & Legum Imperialium Goldaſti, *A. 1674. recuſa, ſpecioſo quidem hanc in partem titulo ſplendet, atque* generales & receptas in Imperio conſuetudines *una cum cæteris ibi contineri, præfert. Sed quam parum ex Cæſare & Tacito, aliquot pagellis, collecti mores cum Gallorum, tum Germanorum veterum ad hoc inſtitutum conducunt, quæſo? & quis Saxonum, quæ præterea ex conſuetudinariis jura adfert, pro generalibus in Imperio conſuetudinibus temere agnoſcat?*

(*c*) *De Jure quidem Imperii noſtri Publico vere* in annot. ad Lampad. Conringius *p. 3.* Eſt bona Juris noſtri Publici pars, fere hujus generis (*juris conſuetudinarii*); nec tam a ſcripto, quam a conſuetudine vim

vim ſuam acquiſivit. *Spectat autem pariter huc etiam* Obſervantia Univerſalis, *quæ & ipſa juris non ſcripti, uſuve approbati, ſpecimen, quatenus ad univerſalem Imperii adminiſtrationem pertinet*, Obſervantia Imperialis, das Reichs Herkommen / *quatenus in omnibus ac ſingulis Germaniæ provinciis obtinet*, ein allgemeines Herkommen *rectius appellatur. Vid.* Culpiſ. *Diſſert. 2. quæ eſt de* Obſervantia Imperiali, *§. 11. p. 55. junct. §. 7. ubi p. 49. & ſeq. a conſuetudine obſervantiam diſtinguit, alias, ut §. 16. p. 58. ipſe minime diſſimulat, in iis, quæ per modum judicii expediuntur, negotiis, plerumque cum illa confundi, & in ipſis Imperii conſtitutionibus, ut §. 7. p. 49. itidem agnoſcit, aliquando promiſcue & vulgari modo poni ſolitam. add.* Idem *§. 3. p. 42. ubi &* Inſtr. Pac. Oſnabr. *art. 5. §. 47. in fine, ibi:* conſuetudo & obſervantia, *duo iſta conjungens, recte adducitur. aliter & diverſe* Ordin. Jud. Cæſ. Aul. Ferd. III. *tit. 1. §. 15. ibi:* Gewohnheiten/und in Mangel derſelben die Käyſerliche Rechte und rechtmäſſige obſervationes und Gebräuch.

(d) Struv. *exerc. 2. §. 40. Exemplum*, daß ein Lehen-Herr *finita linea vaſalli abſque hæredibus feudalibus mortui* die *poſſeſſion* ſeiner hinterlaſſenen Lehen-Güter *apprehendire, adfert* Klock. *tom. 2.* conſil. *10. n. 130. & ſeqq. &* conſ. *11. n. 14. & ſeqq. add.* Schilter. *exerc. 8.* ad Pandect. *§. 5. & §. 40.*

(e) Inſtrum. Pac. Oſnabr. *art. 8. §. 4.* Tam in univerſalibus. *verſ.* De cætero omnes laudabiles conſuetudines. Capit. Joſeph. *art. 3. ibi:* auch Gebräuch und gute Gewonheiten / ſo ſie bißhero gehabt haben oder in Ubung geweſen ſein.

(f) *quam inprimis, qui res a Supremis Imperii Tribunalibus judicatas tradunt, juvare poterunt; in quibus*

Myn-

Mynſingero *quidem etiam ſpecialem indicem eorum, quæ de conſuetudine Germaniæ generali in* Obſervationum *ejus centuriis reperiuntur, ſubjectum cernimus. Quoad Publica Jura, Annalium & Hiſtoriarum Scriptores nobilem hic præbebunt uſum. Conf.* Grot. *de* J.B. & P. *L. 1. c. 1. §. 14. n. 2.*

(g) *add.* Culpiſ. *diſſert. 2.* (de obſerv. Imper.) §. *11. & ſeqq. p. 56. & ſeqq. Belle in* JCto vero & perſonato *§. 19. p. 126. lin. ult. & pag. ſeq.* J. L. Praſchius: Germanicas quidem conſuetudines ex *Gailio*, *Mynſingero*, & aliis virum aliquem doctum excerpere & reliquis cumulare, utiliſſimus fuerit labor; ſed judicium adhiberi debet: difficilioris enim hæc res videtur æſtimationis, nec ſemper eſſe communis Germaniæ conſuetudo, quod hoc titulo venditatur.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169933-p0120-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169933-p0121-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169933-p0122-3

Helmstedt, Diss., 1704-05

ULB Halle 3
005 356 741

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169933-p0123-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169933-p0124-4
DFG

# JURIS,

maxime quo in foro Germani utimur,

# ENUCLEATI,

ET IN SUCCINCTAS THESES MEMORIALES DIGESTI,

*Specimen Primum*

## DE JURE GERMANIS PATRIO,

univerſe tali,

QUOD

PRÆSIDE

JOHANNE WERLHOFIO,

JCto & in Acad. Julia Juris Canon. ac Feudal. P. P. Ordinario,

*publicæ diſquiſitioni ſubjicit*

LUDOLPHUS DIETERICUS HUGO,

die I. Julii MDCCV.

HELMSTADI,

Typis GEORG. WOLFGANGI HAMMI, Acad. Typogr.

1705, 7
18
14

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169933-p0125-0